





*Presented to the*  
LIBRARY *of the*  
UNIVERSITY OF TORONTO

*by*  
**Professor**  
**Ralph G. Stanton**





300

Digitized by the Internet Archive  
in 2009 with funding from  
University of Toronto

ELOGIA  
REGUM LUSITANORUM.

---

ELOGIOS  
DOS  
REIS DE PORTUGAL.

ELOGIA  
REGUM LUSITANORUM  
LATINE ET LUSITANE,  
HISTORICIS ET CRITICIS NOTIS  
ILLUSTRATA,  
AUCTORE  
ANTONIO PERERIA FIGUERETO,  
REGIAE CURIAE CENSORIAE  
DECEMVIRO ORDINARIO  
REGINAEQUE FIDELISSIMAE  
A B  
EPISTULIS LATINIS.



OLISIPONE:  
TYPIS SIMONIS THADDAEI FERREIRAE.  
ANNOM. DCC. LXXXV.  
*Permissu Regiae Curiae Censoriae.*



ELOGIOS  
DOS  
REIS DE PORTUGAL,  
EM LATIM,  
E  
EM PORTUGUEZ,  
ILLUSTRADOS  
DE  
NOTAS HISTORICAS,  
E CRÍTICAS,  
POR  
ANTONIO PEREIRA DE FIGUEIREDO,  
Deputado Ordinario da Real Meza Censoria,  
E  
OFFICIAL DAS CARTAS LATINAS  
DA  
RAINHA FIDELISSIMA.



L I S B O A :

NA OFFICINA DE SIMÃO THADDEO FERREIRA.  
ANNO M. DCC. LXXXV.

*Com Licença da Real Meza Censoria.*

---

*Vende-se na Loge da Viuva Bertrand, ao Xiado.*

J O S E P H O  
BRASILIAE PRINCIPI,  
AC BRIGANTIAE DUCI.

**Q**UOD toti Lusitanae notum est , SERENISSI-  
ME PRINCEPS , nulla ex re maius Te delecta-  
mentum capere , quam ex lectione antiquae re-  
centiorisque Historiae ; id me sane in eam spem ad-  
ducit , ut facile credam , fore Tibi maxime grata  
acceptaque mea haec Elogia Lusitanorum Regum.  
Nam & si de omni Historia recte pronuntiarit Tul-  
lius , optimam eam magistram esse vitae , seu compo-  
nendorum morum ; negari tamen haud potest , quin  
illa quae de patriis rebus agit , tanto maiori vi  
animos hominum adficiat , quanto magis de proximo  
adficit. Jam vero Elogia , quae Tibi legenda offero ,  
nihil aliud complectuntur , quam illustria facta ille-  
rum Principum , a quibus genus ducis , & quibus  
in imperio successurus es.

Habes haec Alphonsum Henrichidem , Lusitani Re-  
gni Conditorem invictissimum , qui qua erat in Deum  
pietate & fide , in Aurichensi agro cum quinque  
Mauris Regibus congressurus , Christum cruci adfi-  
sum in aere videre meruit , ab eoque cum promif-  
sio-

A O  
PRINCIPE DO BRASIL,  
E  
DUQUE DE BRAGANÇA  
D. J O S Ê.

**O** Ser notorio a todo o Portugal, Serenissimo Principe, que de nenhuma cousa reccebe Vossa ALTEZA maior gosto, do que da lição da Historia antiga, e moderna; me faz conceber a esperanza, com que sem dúvida alguma me persuado, que serão a Vossa ALTEZA muito gratos, e bem acceitos estes meus Elogios dos Reis Portuguezes. Porque dado que de toda a Historia affirmasse com razão Tullio, ser ella huma excellente Mestre da vida, e dos costumes; não se pode com tudo negar, que aquella que trata das cousas da nossa Patria, faz nos animos dos homens tanto maior impressão, quanto a faz de mais perto. Ora os Elogios que eu offereço a Vossa ALTEZA, não contém outra cousa mais do que os illustres feitos daquelles Principes, de que Vossa ALTEZA procede, e a quem ha de succeder no Imperio.

Tem Vossa ALTEZA aqui hum D. Affonço Henriques, Fundador invicto do Reino Lusitano, que pela grande piedade, e fé que tinha para com Deos, estando no Campo d'Ourique para dar batalha a cinco Reis Mouros, mereceo ver no

sione victoriam, quinque sacratissima ejus vulnera  
pro Regio Stemmata accipere.

Habes Dionysium, Elisabethae sanctissimae fe-  
minae dignum conjugem, qui Lusitaniam superiori-  
bus bellis exhaustam & efferatam, oppidis frequen-  
tavit, arcibus munivit, legibus ornavit.

Habes Joannem Primum, Brigantinae Stirpis  
Parentem laudatissimum, cui perpetua in gerendis  
tot maximis ac difficillimis bellis felicitas egregium  
Bonae Memoriae cognomentum peperit.

Habes Emmanuelem, detecta & subacta India  
nunquam non posteris nominandum, ac mirandum.

Quid plura? Habes in his Elogiis, MAXIME  
JOSEPH PRINCEPS, ea virtutis exempla, quae si  
aemulari contenderis, (ut tuus est a natura vastus  
& excelsus animus) pro certo habere omnes debent,  
nulli Te Maiorum tuorum rerum gestarum gloria  
cessurum, sed omnes facile superaturum.

Quare hoc Lusitanae Historiae Breviarium sic  
accipias velim, SERENISSIME PRINCEPS, tanquam  
Speculum quoddam nitidissimum, ubi perspicue vi-  
deas, qua ratione & optime sit administranda Res-  
publica, & beati Populi certo reddendi.

Olisipone XIV. Kalendas Julii, anno  
M. DCC. LXXXV.

ar a Christo Crucificado , e receber delle com a promessa da victoria , os sinaes das suas cinco Chagas sacratissimas por Brazão das Reaes Armas.

Tem hum D. Diniz , digno Esposo da Rainha S. Isabel , que achando a Portugal por causa das guerras passadas exhauto de gente , e incul-to nos costumes , elle o povouou de muitas Vil-las , o guarneceo de Fortalezas , o civilizou com excellentes Leis.

Tem D. João o Primeiro , Tronco da Sere-nissima Casa de Bragança , ao qual a felicidade que sempre teve em tantas , tão grandes , e tão arriscadas guerras , grangeou o illustre sobrenome de *Boa Memoria*.

Tem D. Manoel , cujos descobrimentos , e victorias na Asia nunca a posteridade deixará de celebrar , e admirar.

Para que he dizer mais ? Nestes Elogios , ó Grande Principe D. José , tem Vossa ALTEZA taes exemplos de virtude , que se Vossa ALTEZA se empenhar na sua imitação , segundo naturalmente he vasto , e elevado o seu animo , todos devem ter por certo , que não cederá Vossa ALTEZA a nenhum dos seus Augustos Maiores , mas a todos vencerá na gloria das acções.

Por tanto , Serenissimo Principe , este Compendio da Historia Portugueza quizera eu , que Vossa ALTEZA o recebesse , como hum espelho purissimo , em que Vossa ALTEZA veja claramente , de que modo se deve bem administrar a Republica , e segurar a felicidade dos Povos.

*Lisboa 18 de Junho de 1785.*

PRE-


# PRAEFATIO.

**Q**UOD quarto a Christo Servatore nato saeculo praestitit Aurelius Victor, decimosexto Hieronymus Blancas, ut ille veterum Caesarum Romanorum, iste Aragoniorum Regum brevia Elogia conscriberet: Id mihi nunc propositum est de Regibus Lusitanis facere, partim stili exercendi causa, partim gratia exterorum hominum adcuratam quandam Summam seu Epitomen rerum nostrarum edocendorum. Prae nimia quippe penuria Latinarum Scriptionum, quae de Lusitanis Regibus agant, factum profecto est, ut de antiquitatibus nostris nihil aliud fere sciant exterorum plerique, quam quod a Resendio, & duobus Vasconcellis didicerint. Adde quod ipsae Resendii & Vasconcelliorum & siquae aliorum extant Lucubrationes Latinae, adeo sunt prae raritate Exemplarium inventu difficiles; ut pauci admodum non solum de exteris, sed etiam de nostris possint inde proficere. Usque adeo patriarum rerum sumus vel pauperes, vel avari!

PRE-

# PREFACÃO.

**O** Que no quarto seculo da Era Christãa fez Aurelio Viçtor , no decimosexto Jeronymo Blancas ; dos quaes aquelle escreveo huns Breves Elogios dos antigos Cesares de Roma , este outios semelhantes dos Reis d'Aragão : He o mesmo que eu agora intento imitar a respeito dos Reis Portuguezes : assim para exercitar o estilo , como para dar aos estrangeiros hum exacto compendio das nossas cousas. Pois que da extrema falta que ha de Escritos em Lingua Latina , que tratem dos Reis de Portugal , he que procede , que a maior parte dos estrangeiros não sabem das nossas antiguidades , senão o que aprendêrão de Resende , e dos dous Vasconcellos. Acresce , que elles mesmos Escritos de Resende e dos Vasconcellos , ou outros que haja dos nossos em Latim deste assumpto , são por causa da raridade dos Exemplares tão custosos de se achar ; que mui poucos não digo eu dos estranhos , mas ainda dos nacionaes , podem aproveitar-se delles. Tão grande he a nossa pobreza , ou avareza das ccusas patrias !



# ALPHONSUS I.




ALPHONSUS I. cognomento Henrichides, Henrici e Burgundia Comitis, & Tarasiae Reginae filius, Alphonsi VI. Hispaniarum Regis nepos, Ferdinandi Magni abnepos, quo anno natus sit, vetustis monumentis nimium quantum inter se dissentientibus, certo definitum non potest. Satis tamen constat, & Vimarani natum cum in perquam nobili oppido Provinciae Interamensis; & Zamorae adolescentulum, sumptis de ara Sancti Servatoris armis, Sacrae militiae tirocinium posuisse.

Porro Tarasia supra commemorati Regis Alphonsi VI. filia erat, ex Ximena Muniosa suscepta: quam Ximeniam e nostris alii Alphonsi justam uxorem alii pellicem fuisse contendunt.

Tarasia post Henrici obitum ad secundas nuptias convolante, coaetus Alphonsus est & graviter dis-





# AFFONÇO I.



LREI D. Affonço I. por sobre nome Henriques, foi filho do Conde D. Henrique de Borgonha, e da Rainha D. Tareja, neto do Inclito Rei D. Affonço VI. bisneto do Rei D. Fernando o Magno. Em que anno nasceu, he ponto que se não póde determinar ao certo, pela grande variedade com que nisso fallão as antigas memorias. He porém affás constante, que o lugar da sua natureza foi a muito nobre Villa de Guimarães; e que em Camora sendo ainda muito moço, elle mesmo se armou de Cavalleiro, tomando as armas do altar do Santo Salvador: que foi como alistar-se com formalidade para a Sagrada guerra contra os infieis.

Era a Rainha D. Tareja filha do sobredito Rei D. Affonço VI. havida em Dona Ximena-Munhoz, que dos nossos huns pertendem que fora legitima mulher sua, outros que ariga.

Como por morte do Conde D. Henrique passou a Rainha D. Tereza a segundas nuptias

*dissidere a matre, & armis sibi imperium adserere adversus vitricum Ferdinandum. Peresium Travense Trastamarensemque in Calaecia Comitem, potentia quidem & opibus tantum non Regibus aequalem. Pugna igitur ad Vimarannum commissâ adversariorum copias grandi clade adflixit, ipsamque Ferdinandum vivum cepit.*

*Ab anno hujus victoriæ, qui annus Christi fuit M. C. XXVIII. veteris Chronici a Brandamo editi fidem secutus repetendum ducerim primum Alphonsi Principatum, matre adhuc vivente.*

*Ea vero jam defuncta magnam Callacciae partem occupavit Alphonsus noster, ultro offerentibus & tradentibus duobus Comitibus, Gomefio Nunio, & Ruderico Villoso, qui ab Alphonso VII. Legionensium Rege defecerant. Hinc vero ingens atroxque inter utrumque Regem constatum bellum. Quo in bello, quum caesus hostium exercitus esset, captique ex eo optimatam plerique, primum quidem ad Cernesiam, deinde ad Valdevesium: ad extremum id per Joannem Bracarensem Antistitem efflagitantibus Legionensibus, composita utrinque pax est, & mutuis duorum Regum osculis ac poculis confirmata.*

*Ita sopitis cum consanguineo Rege discordiis, totum se deinceps, ad debellandos Sarracenos converter-*

com o Conde de Trava e Trastamara D. Fernando Peres, que era naquelle tempo o maior homem d'Esanha, que Rei não fosse: causou-se daqui ter o Principe D. Affonso grandes desgostos com sua mãe, e ver-se obrigado a sustentar com as armas o direito que tinha ao Reino contra seu padrao. Dada Batalha junto a Guimarães desbaratou o Principe as tropas inimigas, e acolheu vivo ás mãos o Conde D. Fernando.

Do anno desta victoria, que foi o de Christo 1128. defumira eu o principio do Reinado do nosso D. Affonso, vivendo ainda sua mãe: para o que me authoriza a antiga Chronica, que com o nome de Gothica publicou Brandão.

Morta já a Rainha D. Tereja, tomou o Principe D. Affonso grande parte de Galliza, que espontaneamente lhe vierão offerecer e entregar os dous Condes, D. Gomes Nunes, e D. Rodrigo Velleo, por não quererem reconhecer a ElRei D. Affonso VII. de Leão. Daqui se ateou entre os dous Principes huma grande e crua guerra: na qual os nossos por duas vezes derrotarão os inimigos; primeiro na Batalha de Cerneja, depois na Batalha de Valdeves: até que pedindo os Leonezes paz, lhes foi esta concedida por mediação do Arcebispo de Braga D. João, e confirmada com o acto de se beijarem mutuamente, e comerem juntos ambos os dous Principes belligerantes.

Applacadas assim as discordias com o Rei seu primo, todo se volveo dahi em diante o nosso  
D.

vertit Alphonsus. Et quoniam sæpenumero alias cum Mauris feliciter congressus, maxime ille tamen inclaruit Orichiensi victoria; ab hac de Alphonsi laudibus initium dicendi faciam, unde etiam præcipua decora sua repetit Lusitania.

Anno igitur M. CXXXIX. Ismarius potentissimus Sarracenorum Rex, immenso ex Africa & ulteriores Hispania collecto exercitu, adjunctisque sibi quatuor aliis Regibus, in Alphonsum properabat, sperans circumclusum tanta multitudine facile opprimi posse. Nec segniter ei obviam fit Alphonsus. In Agro igitur Orichiensi, paullo infra oppidum Castrum Viride, non procul a conflente Corbis & Tergis fluviolorum, in mutuum conspectum venientes castra posuerunt. Et Ismarii quidem copiae propemodum infinitae ita undequaque opplebant campos, ut non videretur militibus nostris sani esse consilii cum tanta multitudine consistere. Hostium quippe plusquam quadringenta millia in aciem producta feruntur; quum interim nostrorum adeo exiguae essent copiae, ut singulis Lusitanis centeni responderent Mauri.

Sed trepidos, a viribus suis dissidentes, coelestis auxilii certo adfuturi non obscuris indiciis Alphonsus erexit. Quod quæ ratione factum sit; ma-

D. Affonço para a guerra contra os Sarracenos ; e porque tendo elle outras muitas vezes pelejado com os Mouros felicemente , foi a victoria d'Ourique com tudo a que lhe deo maior nome ; por esta começarei os louvores do Principe D. Affonço , visto que tambem della decuz Portugal os seus principaes Brazões.

No anno pois de 1139. Ismar potentissimo Rei da Mourama , tendo-se confederado com outros quatro da mesma Seita , ajuntou hum exercito immenso recrutado parte das Provincias d'Africa , parte das d'Esparha ulterior : e com elle marchava contra o Principe D. Affonço , na esperança de que cercado elle por todas as partes de huma tamanha multidão , facilmente seria opprimido , e desfeito. Nem foi menos a bizarrria com que Affonço lhe sahio ao encontro. A' vista pois hum do outro , ambos os exercitos se alojãõ no Campo d'Ourique , pouco abaixo da Villa de Castro Verde , e não longe donde se ajuntão os dous riachos Terges , e Cobres. Enchião as tropas de Ismar , que erãõ quasi infinitas , todos aquelles contornos : de forte que os nossos haviãõ que era huma temeridade combater com hum tão desmesurado exercito. Porque segundo se acha escrito , o numero dos inimigos passava de quatrocentos mil ; ao mesmo tempo que o dos nossos era tão curto , que a cada Portuguez cabião cem Mouros.

Porém assim tímidos , e desconfiados , Affonço lhes levantou os animos com lhes dar não escuros indicios , de que terião soccorridos do Ceo.

*malo Resendii nostri , quam mais verbis enant  
atre.*

*Pridie ejus diei , quo edenda pugna erat , quum  
advesperavisset , anachorita quidam provectae aeta-  
tis , qui in vicinia erenastica vitam agebat , ad  
Alphonsum venit , atque oraculi denuntiatioe forti-  
casse animo jubet. Qua noctis hora tintinnabuli quod  
insacello erat , sonum audiret , tentorium egredere-  
tur , adpariturum illi Christum in aere cruci subfi-  
xum. Loetus tam optato jam insperato nuntio Al-  
phonsus , totius noctis pervigilio promissum expecta-  
bat. Primo itaque ante lucem diluculo , ad tintinna-  
buli sonum praetorium egressus , suspexit in aere  
Crucifixum Dominum. Cujus visi voluptate propemo-  
du extra mentem absorptus , ita adorans dicebat.  
Equid Servator mundi , tene mihi , tunc adpares ?  
Quideo opus est inte credenti & te summa pietate  
colenti ? Perfidis his tuis atque adeo meis hostibus ,  
tuae divinitatis ignaris , potius adparere digneris ,  
ut crucis tuae mysterium intelligant , ac desiant in-  
sanire.*

*Hac atque alia his similia , quum ex mentis  
quasi abstractione prosequetur ; Christi colloquentis &  
victoriam pollicentis voce jucundissime adfectus , in  
coelum recepta divina illa specie , arna postulat ,  
armari milites , acies ornari , & cum tubarum  
con-*

O modo como isto se passou , mais quero eu contar com as palavras do grande Refende do que com as minhas.

Na vespera á tarde do dia que se havia de dar a batalha , hum Anacoreta avançado em annos , que naquella vizinhança fazia vida eremitica , entrou ao Principe , e com o oraculo que lhe intimou , o deixou summamente confortado. Disse-lhe da parte de Deos , que áquella hora da seguinte noite , que elle ouvisse soar a campainha da sua Ernida , sahisse logo da tenda , pois lhe havia d'apparecer no ar Christo Crucificado. Alegre com tão desejada , e insperada nova , estava Affonço de noite esperando o cumprimento da promessa. Assim antes da madrugada , como elle ouvisse o som da campainha , sahio do pavilhão , e eis-que vê no ar a nosso Senhor pregado na Cruz. Com cuja vista como transportado , e fóra de si de gosto , adorando o Divino Redemptor dizia : *Que , ó Salvador do mundo , vós a mim , vós a mim me appareceis ? Que necessidade ha para assim o fazerdes , a quem em vós cré , e a quem vos adora com summa piedade ? Dignai-vos d' apparecer a estes pérfidos inimigos vossos , que sendo-o de vós , tambem o são de mim ; para que elles entendão o mysterio da vossa Cruz , e cessem das suas loucuras.*

A estas , e outras semelhantes exclamações do extatico Affonço respondeo o Senhor animando-o para a Batalha , com a promessa da victoria. E então desapparecendo aquella Celestial visão , se recolhe o Principe á sua tenda , pede as armas ,

concentu imperat signum dari. *Quem ex Proceribus quidam exercitus nomine adcentes: Postulant, inquirunt, Fortissime Imperator, milites tui, ut Regem te salutari permittas. Quibus ille: Ego fidissimi Commilitones, honorificum satis inter vos nomen titulumque Principis sortitus sum: alium non ambio. Neque si maxime expeterem, vel poscentibus vobis morem gerere vellem, id tempus aut locus patiuntur. Sed operam dabo, ut vos ducis vestri non poeniteat; vos date, ut milites dux non desiderem. Contra illi: Et quae postulas pollicemur, & nobis non deerimus. Sed pro Rege pugnabimus ardentius, vincemus honestius, moriemur alacrius. Quum igitur prope vim intulissent recusanti, magnis vocibus, & tubarum, lituorum, tympanorumque sonitu ter adclamatum: ALPHONSO HENRICO primo Lusitaniae Regi vita & victoria.*

*Data inde militibus tessera, ferebatur in hostes. At parte ex alia innumerabilis ille barbarorum exercitus, tam dissonis clamoribus, tam terribili fragore perstrepebat, ut coelum ruere, terra quassari tremoribus viderentur. Commissum praelium est sanguinolentum, pertinax, diuturnum, a prima diei*



manda armar os soldados , formar o exercito , e dar ás trombetas. A este tempo vem ter com elle alguns dos seus Fidalgos , e lhe dizem : Valerossissimo Principe , os vossos soldados vos pedem , que lhes permittais que elles vos acclamem por feu Rei. Ao que elle respondeo com singular modestia : *Eu fidelissimos camaradas , ha muito tempo que gózo entre vós do nome , e titulo de Principe , que para mim he affás honorifico : não pertendo outro. E quando eu muito o desejasse , e vos quizesse nisto comprazer , vós bem vedes que o tempo , e o lugar o não permittem. Mas eu cuidarei , em que a vós vos não peze de me terdes por Capitão : cuidai vós tambem , em que o Capitão não áche de menos os soldados.* Replicarão elles : *Nós te promettemos ser o que de nós pedes , e não faltaremos ao que de nós se espera. Mas sendo vós nosso Rei , pelejaremos com maior ardor , venceremos mais honradamente , e morreremos de mais boa vontade.* Assim que por mais de veras que Affonço o refusava , tres vezes ao sonido das trombetas , clarins , e tambores , o acclamarão elles a grandes vozes dizendo : *Real , Real , Real , por ElRei Dom Affonço Henriques primeiro de Portugal.*

Depois disto , dada a senha aos soldados , vai Affonço buscar o inimigo. Mas por outra parte aquelle innumeravel exercito de barbaros , feito n'humas defentoada grita , era tal o estrondo que fazia , que parecia cahir o Ceo , e tremer a terra. Deo-se a Batalha , que foi sanguinolenta , pertinaz , e de muita duras des do principio da man-

*hora usque ad meridiem : donec Ismarius , cuius jam vita periclitabatur , quamque maxime nostri adpetebant , rebus desperatis & amisso in conflictu consobriano , cui sui corporis custodiam mandaverat , nomine Homar Atagor , Halli Regis nepote ; fugit ipse , & una Reges qui cum eo erant. Tantum autem sanguinis effusum est , ut ex caedis loco rivuli in Cobrin ac Tergin decurrerent. Quin insecuta paucos post dies pluvia , quum tinctam atro sanguine superficiem lavisset , crevissentque rivi , Tergis qui ad confluentes Cobrin recipit , etiam usque ad Anam aquas infectas pertulit.*

*Hucusque Lusitanus Varro , rhetorice magis sane , quam historice ; sed quod ad summam rei gestae pertinet , cum antiquioribus Scriptoribus nostris quire consentiens.*

*Post haec Alphonsus anno M.C.XXXXVII. mense Maio , Scalabim munitissimum oppidum Mauris eripuit , precibus magis Bernardi Claravallensis adjutus , quam suorum copiis perquam sane tenuibus. Nam Bernardo divinitus innotuisse votum traditur , quod ante Deo fecerat Alphonsus , si victoria potitus esset , amplissimum se Monasterium conditurum Cisterciensis Ordinis , eique pro dote adsignaturum , quidquid terrarum in conspectu erat ad mare usque. Cujus voti factus compos insigne Monasterium Alcobati-*

nhã , até o meio dia : até que Ismar , cuja vida já perigava , e era a que os nossos mais accommettião , desesperado da victoria , e perdido no conflicto hum sobrinho , que era seu Capitão da Guarda , por nome Homar Atagor , neto do Rei Halli ; fugio elle , e juntamente os outros Reis que com elle estavam. E tanto foi o fangue que se derramou , que do lugar da matança corrêrão arroyos d'elle para o Terges , e Cobres. Como pouco depois sobrevieffe huma chuva , levou esta tanto fangue do que estava reprefado , e já coalhado sobre a terra , que aquelles dous rios corrêrão por muito tempo envoltos nelle , inficionando com a propria côr o Guadiana , onde se mettem ambos já juntos n'hum.

Até aqui o Varrão de Portugal , na verdade mais como Rhetorico , do que como Historiador ; mas concordando admiravelmente quanto á substancia das cousas com os outros nossos Escritores mais antigos.

Depois no anno de 1147. pelo mez de Maio , tomou ElRei D. Affonço aos Mouros a fortissima Villa de Santarem , ajudado mais das Orações de S. Bernardo , do que da força das suas tropas , que erão na realidade muito poucas. Porque segundo se refere , revelou Deos em Claraval a São Bernardo o voto , que ElRei havia feito , que se alcançasse victoria dos Mouros , edificaria hum bravo Mosteiro da Ordem de Cister , e lhe daria em dote todas as Terras , que dalli se descobrião até o mar. A qual condiçãõ verificada que foi , edificou

*ense postea extruxit, & ita munifice dotavit, ut nullum sit in tota Lusitania opulentius.*

*Eodem illo anno Olisiponem, arcta a se & obstinata multorum mensium obsidione pressam, expugnavit tandem Octobri jam inclinante. In quo sane maximo ei subsidio fuere Angli, Belgae, exterique alii Classarii, qui in Syriam navigantes, huc ut adpellerent naves, magnis promissis a Rege illecti erant. Atque ex his quidem multi postea in Lusitania Sedes fixere donati ab Alphonso oppidis, praefecturis, ac decoribus: a quibus originem se ducere gloriantur apud nos multae patriciae familiae, ut illa Almada-rum, & illa Rolinorum.*

*Captae Olisiponis consecutio quaedam fuit trium vicinorum oppidorum, Palmellae, Almadae, & Cintriae expugnatio. Constatque intra paucos annos suae Alphonsum ditioni adjecisse, quidquid fere Mondam Tagumque interjacet: atque in his Leiriani, Turres Novas, Obidos, Alenquerium, pluraque alia.*

*Nec minori felicitate usus Alphonsus est in Transtaganis.*

*Anno M. C. LVII. cepit Salaciam: anno M. C. LXII. Pacem Juliam: anno M. C. LXXI. Eboram, Mauram, Serpam.*

*Postrennum Alphonsi cum Mauris certamen fuit, quum ille anno M. C. LXXIV. audito Conimbricae, Aben-*

cou ElRei o insigne Mosteiro d'Alcobaça, dotando-o com tanta grandeza, que não ha em todo o Portugal outro mais rico.

Naquelle mesmo anno depois d'hum estreito, e porfiado cerco em que a teve por muitos mezes, conquistou ElRei a Cidade de Lisboa, hindo já declinando o mez d'Outubro. Na qual empreza lhe foi de grande soccorro huma armada de varias Nações Estrangeiras, que tendo sahido com o fito na Terrá Santa, attrahida agora das grandes promessas d'ElRei abicou a este porto. E muitos destes illustres Estrangeiros depois da tomada de Lisboa, se deixárão ficar em Portugal feitos por ElRei D. Affonço senhores de varias Terras, e accrescentados com grandes honras. E destes mesmos deduzem a sua origem os Almadas, os Rolins, e outras Familias Patricias deste Reino.

Da conquista de Lisboa foi huma consequencia a de tres Villas visinhas, Palmella, Almada, e Cintra. E he cousa constante, que dentro de poucos annos se fez ElRei senhor de quasi tudo o que jaz entre o Mondego, e o Têjo, despejando de Mouros Leiria, Torres Novas, Obidos, Alenquer, e outras muitas Terras.

Nem foi menor a felicidade que lhe assistio na conquista do Alemtéjo.

No anno de 1157. tomou Alcaçar do Sal: no anno de 1162. Béja: no anno de 1166. Évora, Moura, e Serpa.

A ultima Batalha que ElRei D. Affonço teve com os Mouros, foi quando elle no anno de 1184.

*Aben-Jacobum Saracenorum Imperatorem immani cum exercitu Scalabi expugnandae acriter instare; inde cum aliquot copiis ad Scalabim advolavit, obsesso filio Sancio opem laturus. Conjunctis viribus ita strenue pater & filius hostium impetum repressere, ut Aben-Jacobo in fugam verso, & in Tagi transitu hasta transfixo, non solum liberatum a gravissima obsidione oppidum fuerit, sed etiam a metu recreata Hispania universa, cui ille maximis suis & foederatorum Principum exercitibus insolenter confisus, extremum exitium minabatur.*

*Uno in bello, quod cum genero Ferdinando II. Legionensium Rege gessit, suo exemplo comprobavit Alphonsus, verissime ab antiquo Poeta scriptum, beatum neminem ante obitum dici debere: & alibi, neminem esse ex omni parte beatum. Nam ad Civitatem Ruderici, quam patris jussu oppugnabat, victus est Sancius Princeps: ad Badajozum vero casu equo delapsus, non solum victus ipse Alphonsus est, sed etiam captus. Quod infortunium (uti aptissimo verbo adpellant veteres membranae nostrae) Alphonso contigit anno M. C. LXIX.*

estando em Coimbra teve noticia, que o Miramolim Aben-Jacob com hum enorme exercito tinha posto cerco a Santarem, em cuja defensão se achava o Príncipe D. Sancho. Correo ElRei a grão pressa com a gente que poude ajuntar a soccorrer o filho. Unidas assim as forças, rechaçáráo ambos com tão bizarro valor os assaltos do inimigo, que Aben-Jacob se vio constringido a procurar salvar-se com a fugida: mas ao passar do Téjo foi morto com huma lançada, que lhe deo o nosso Príncipe. Desta forte não só ficou Santarem livre do cerco, mas ainda toda a Hespanha desassomburada do medo da sua total ruina, que o insolente Aben-Jacob lhe ameaçava, confiado nas desmesuradas forças do seu exercito, e nas dos outros Principes seus allia-dos.

Só na guerra que trouxe com ElRei Dom Fernando II. de Leão, seu genro, comprovou o nosso Rei D. Affonso com o seu exemplo, com quanta verdade escrevêra hum antigo Poeta, *que antes da morte ninguem se devia chamar bemaventurado*: e n'outra parte, *que ninguem era felice por todos os lados*. Porque na Batalha do cerco de Ciudad Rodrigo, foi vencido o Príncipe D. Sancho seu filho, e na outra Batalha subseqüente do cerco de Badajoz foi o mesmo Rei D. Affonso não sómente vencido, mas tambem feito prisioneiro, tendo casualmente cahido do cavallo. O qual infortunio ( termo de que com muita propriedade usão aqui os nossos antigos Pergaminhos ) lhe aconteceu no anno de 1169. ●

*Tot inter bellorum adparatus & pugnas, egregiam suam in Deum pietatem nobilitavit Alphonsus, quatuor a se conditis & largissime dotatis insignibus Monasteriis: Conimbricensi Sanctae Crucis, Alcobatiensi Sanctae Mariae, Tarocensi Sancti Joannis Baptistae, Olisiponensi Sancti Vicentii Martyris: cujus etiam veneranda ossa e Sacro Promontorio Olisiponem in Maiorem Ecclesiam transferendum curavit anno M. C. LXXIII.*

*Ad haec Avisiensem Equitum ordinem instituit: Equites Rhodienses in Lusitaniam recepit: Pontem Conimbricensem inchoavit.*

*Denique Lameci in celeberrimo ac frequentissimo omnium Ordinum Conventu, iis, quae ad Lusitanici Regni successionem firmandam pertinebant, sapienter praescriptis; Regno etiam ipso duplo fere amplius, quam sub parentibus fuerat, armis dilatato: supremum diem obiit Conimbricae octavo Idus Decembris; anno M. C. LXXXV. sepultusque est in Monasterio Sanctae Crucis Canoniorum Regularium Sancti Augustini, ubi Alphonsi gladius & clypeus hodieque ostenduntur.*

*Regnavit vivente matre annos duos, & menses quatuor: solus annos quinquaginta quinque.*

*Uxorem nactus Mafaldam sanctissimam ac religiosissimam foeminam, Amadei II. Mauriana Comitis filiam, quatuor ex illa liberos sustulit: Sancium, qui ei in Regno successit; Urracam, quae in matrimonium data est Ferdinando II. Legionensium Regi;*  
Ma-



Entre o reboiço de tantas guerras, e batalhas, signalou ElRei D. Affonço a sua eximia piedade para com Deos; deixando edificados, e ricamente dotados quatro Mosteiros insignes: o de Santa Cruz de Coimbra, o de Santa Maria d'Alcobaça, o de S. João Baptista de Tarouca, e o de S. Vicente de Fóra em Lisboa: na Sé da qual Cidade mandou tambem depositar as venerandas Reliquias do mesmo inclyto Martyr, trasladadas para ella des dos confins do Reino do Algarve no anno de 1173.

Outrosi instituiu a Ordem Militar de S. Bento de Aviz: introduzio em Portugal os Cavalheiros de Rhodes, que hoje chamamos Maltezes: e começou a Ponte de Coimbra.

Finalmente tendo regulado nas Cortes de Lamego a Fórmula da Successão da Monarquia Portugueza; e tendo dilatado á força d'armas quasi outro tanto mais, do que tinham possuido seus Reaes Progenitores: Faleceo em Coimbra a 6 de Dezembro de 1185., e foi sepultado no Mosteiro de S. Cruz, que he de Conegos Regrantes de Santo Agostinho, onde ainda hoje se mostra a sua espada, e o seu escudo.

Reinou em vida de sua mãe dous annos, e quatro mezes: só sincoenta e sinco.

Teve por mulher a Rainha D. Mafalda, Princesa d'extremada piedade, e Religião, filha de Amadeo II. Conde de Mauriana, da qual teve quatro filhos: D. Sancho, que lhe succedeo no Reino; D. Urraca, que casou com D. Fernando II.

*Mafaldam , quae Alphonso Barcinonensium Comitum desponsa fuit : Tereciam , quae nupsit Philippo I. Comiti Flandrorum.*

*De nobis unus maxime celebratur patri cognominis , qui Rhodiorum Equitum Magister extitit , quique in Lusitaniam reversus apud Scalabim obiit , ibique in Sancti Joannis Fano sepultus est.*

*Alphonso Lusitaniae imperitante rerum domi militiaeque praeclare gestarum gloria oppido quam insignes fuere Egas Monisius Alphonsi ipsius olim Pædagogus ; & Gundisalvus Mendesius a Maya , ipsius Egae gener idemque Bellator vulgo dictus ; & Fuas Ropinius , Arcis Portus Molarum Praefectus.*

*Floruere etiam magna Sanctitatis laude Beatus Godinius Bracarensis Antistes , & Beatus Theototius primus Coenobii Sanctae Crucis Conimbricensis Praefuit.*

*De hoc Alphonso memoriae proditum est , post mortem ipsum & Canonicis Sanctae Crucis divinas laudes concinentibus saepe conspiciendum se praebuisse , & invocantibus se aegrotis plurimis sanitatem a Deo impetrasse. Quin etiam Antonio Brandano locupletissimo Auctore scimus , ( quod ipse ex vetustis codicibus Alcobatiensibus & Lorvanensibus se didicisse testatur ) multis saeculis eam in Cisterciensis Ordinis Lusitanis Monasteriis consuetudinem obtinuisse , ut emortuali Alphonsi die , hoc est , octavo Idus Decembris ,*

Rei de Leão; D. Mafalda, que esteve desposada com D. Affonço Conde de Barcelona; e D. Tereza, que casou com Philippe I. Conde de Flandres.

D'entre os filhos que teve bastardos, he especialmente celebrado hum do mesmo nome d'Affonço, que foi Mestre de Rhodes, e que tendo voltado para Portugal morreo em Santarem, e foi sepultado na Igreja de S. João.

Em tempo deste Rei se distinguirão muito pelos seus illustres feitos na paz, e na guerra os tres Fidalgos seguintes: Egas Moniz, que tinha sido Ayo do mesmo Rei; Gonçalo Mèndes da Maya, genro do mesmo Egas, e chamado vulgarmente o *Lidador*; e Fuaes Roupinho, Alcaide Mór do Castello de Porto de Mós.

Floreçêrão tambem em grande opinião de santidade, o Beato Godinho Arcebispo de Braga, e S. Theotonio primeiro Prior de Santa Cruz de Coimbra.

Deste Rei D. Affonço se conta, que depois de morto fora muitas vezes visto assistir aos Officios Ecclesiasticos no Coro de Santa Cruz de Coimbra; e que invocado devotamente por varios enfermos, lhes alcançara de Deos perfeita saúde. Tambem sabemos por Fr. Antonio Brandão Author entre nós gravissimo, (que diz que o tirára de Livros antigos d'Alcobaça, e de Lorvão) que por muitos seculos no dia do obito d'ElRei, que era a 6 de Dezembro, foi costume nos Mosteiros de Portugal da Ordem de Cister, fazer nos Officios Divinos huma especial commemoração do mesmo Rei

bris, nomen ejus tanquam Sancti & beati hominis, peculiari commemoratione inter Ecclesiastica Officia celebraretur. Quare nihil mirum videri debet, sub Joanne Rege Tertio publicum confectum Instrumentum fuisse virtutum & miraculorum Alphonsi Regis, pro postulando scilicet & impetrando a summo Pontifice, ut ille Divorum Fastis adscriberetur. Quod gentis nostrae pium in Alphonsum studium non levioribus illud quidem nitebatur fundamentis, quam quibus olim Galliae Paroeciae aliquot Carolo Magno suo divinos honores decreverant.

Rei , como de Santo , e Bemaventurado. Por tanto não he de admirar que em tempo d'ElRei D. João III. se formasse público Proceſſo das Virtudes , e milagres d'ElRei D. Affonço , a fim de ſe pedir , e alcançar do Summo Pontifice a ſua Canonização. A qual pia afeição da noſſa gente para com ElRei D. Affonço , não era menos bem fundada , do que a com que em tempos mais antigos tinham algumas Igrejas, Cathedraes de França decretado culto , e honras de Santo ao ſeu Carlos Magno.



## SANCIUS I.

**S**ancius I. Conimbricæ natus est tertio Idus Novembris, anno M. C. LIV. Adolescens Eques initiatus a patre, quantum vi & animi & corporis valeret, ubi primum sese obtulit occasio, multis quidem iisque minime ambiguis factis ostendit. Namque anno M. C. LXXVIII. Cum modico exercitu in Bæticam profectus, Trianam munitissimum ad Hispalim Maurorum Præsidium cepit & diruit. Inde reversus duos Maurorum Regulos potentissimos, Halicarnasum & Alboazilum Pacem Juliam obsidentes, insigni praelio fudit. Scalabim quoque ab Aben-Jacobo arctissima obsidione cinctam, ne in hostium potestatem veniret, strenue ac diu tutatus est: donec auxilio adveniente patre, superbissimi Regis ita retardavit & fregit impetum, ut non solum coegerit fugam adripere, sed etiam a tergo acriter insecutus in Tagi transitu hasta percussum interemerit.

Ceterum ut varie & inconstanter sese habere solent res humanæ, quanto prosperiore fortuna Sancius privatus usus fuerat, tanto Rex iniquiorem est expertus. Tametsi enim quarto Regni anno, adjutus for-



## D. SANCHO I.

**E**LRei D. Sancho I. nasceu em Coimbra a onze de Novembro do anno de 1154. E sendo armado Cavalleiro por seu pai em idade muito tenra, não tardou mais em dar decisivas mostras do seu valor, que em quanto se não offereceo occasião disso. Porque partindo no anno de 1178. com hum pequeno exercito para a Andaluza, tomou nella aos Mouros o fortissimo Presidio da Triana junto a Sevilha: e na volta que fez para Portugal, achando sobre Béja a dous poderosos Regulos Mouros, Halicamusi, e Alboazil, a ambos derrotou em Batalha. Defendeu tambem valerosamente por muitos dias a Villa de Santarem, do apertado cerco que lhe tinha posto o Miramolim Aben-Jacob: até que soccorrido por ElRei seu pai, de tal forte reprimio, e quebrou os impetos áquelle soberbissimo Rei, que não só o obrigou a fugir, mas continuando em seu alcance, ao passar do Têjo o matou com huma lançada.

Porém segundo a condição das cousas humanas costuma ser vária, e inconstante, quanto o nosso D. Sancho experimentou próspera a fortuna em particular, tanto a sentio elle adversa feito Rei. Porque he verdade, que no quarto anno do

*fortuita Danorum & Batavorum classe Silvim urbem expugnarit, primusque nostrorum Principum Regem se Portugalliae & Algarbii dicere coeperit: Tamen paulo post saeva bellorum, inundationum, terrae motuum, pestis quoque & famis successione ingruente, ita publicae privataeque opes adtritae sunt atque exhaustae; ut quum tot arcendis malis nulla Regis sive prudentia, sive dexteritas satis esset, coactus Sancius fuerit paëtis cum Mauris Regibus induciis annorum quinque, aliquantulam adflictis Lusitaniae rebus conciliare requiem.*

*Tot cum malis & cladibus diutissime conflictatus, tandem captis Elvis, & Palmella recuperata, extremum Principatum suum haud leuiter nobilitavit. Et quamvis occasione bellorum aliorumque infortuniorum, maximam rei familiaris jaëturam fecisset; ubi postea tamen testamentum condidit, plane in eo declaravit, praeter ingentem vim facti argenti & pretiosae supelleëtilis, relinquere se in thesauris quingenta millia aureorum nummum, quas aetas illa dicebat marabitanos, nostra cruciatos, in filios, & filias, & in Religiosas Ordines dividunda.*

*Ad haec sacris Equitibus oppida insignia multa*



feu Governo ajudado d'humã armada de Gente Dinamarqueza , e Hollandeza , que casualmente arribára em Lisboa , tomou D. Sancho a Cidade de Silves , e foi por isso o primeiro dos nossos Principes , que se intitulou Rei de Portugal , e do Algarve. Mas pouco depois tal foi o concurso de calamidades , que humas a outras se hião succedendo no Reino , de guerras , terremotos , inundações de rios , tormentas no mar , peste , e fome ; que attenuados , e exauridos todos os cabedães públicos , e particulares , vendo ElRei que nenhuma prudencia , nem actividade bastava para reprimir a torrente de tantos males : foi obrigado por ultimo remedio a pactear com os Reis Mouros humã trégoa de cinco annos , para assim poder dar algum descanso a seus afflictos Vassallos.

Depois de ter lutado muitos annos com este tropel de males , e desastres , por ultimo veio ElRei D. Sancho a ennobrecer , e illustrar o seu Reinado com tomar aos Mouros Elvas , e recobrar delles Palmella. E dado que experimentasse grandissimas percas da sua Fazenda por occasião das guerras , e dos outros infortunios que padecio : com tudo ao fazer do seu Testamento declarou nelle , que afora humã grande cópia de Peças de prata , joyas , e tapeffaria , deixava em dinheiro quinhentos mil dos que aquella idade chamou *maravediz* d'ouro , e a nossa chama *crúzados* , para se repartirem por seus filhos ; e filhas , e por diversas Ordens Religiosas.

Fez tambem aos Cavalleiros das Ordens Mi-

donavit. *Acisensibus Vallellias, Alpedrizium, Alcanetum, Jurumentiam: Sancti Jacobi Salaciam, Palmellam, Almadam, Arrutam: Templi Ierosolymitani Egitaniam.*

*Vixit annos LVIII. regnavit XXVI. Defunctus Conimbricae sexto Kalendas Aprilis, anno M. CCXI. (non ut Britus, & Marisius tradunt, M. CC. XII.) in Monasterio Sanctae Crucis tumultatus est: celebratiores profectio susceptis liberis, quam rebus gestis. Nam ex Dulcia uxore Raymundi Berengarii Barcinonensis Comitis, & Petronillae Aragoniae Reginae filia, septem reliquit superstites.*

*Ex his Alphonsus, ut pote natus maximus, patri in imperio successit.*

*Ferdinandus Joannae uxoris jure Flandriensis Comes fuit: quae Joanna Balduini CPni Imperatoris heres filia erat.*

*Petrus copulata sibi in matrimonium filia Almegolii Comitis Urgellensis, jure uxoris non Urgellensem tantum Comitatum, sed Baleares etiam insulas obtinuit. Petrus is fuit, qui antequam in Aragoniam divertisset, ex urbe Marochio, ubi Alphonsi fratris metu diu versatus erat, ossa beatorum quinque Martyrum Franciscanorum in Regnum Legionense secum adportavit, ac deinde Conimbricam per famulum Alphonsum Piresum Arganilensem deferri jussit.*

litares doação de muitas Villas consideraveis. Aos de Aviz deo Valhelhas, Alpedriz, Alcanede, Jurumenha: aos de Sant-Iago Alcaçar do Sal, Palmella, Almada, Arruda: aos Templarios Idanha.

Viveo fincoenta e oito annos, e reinou vinte e seis. Faleceo em Coimbra a 27. de Março do anno de mil e duzentos e onze, e não como escrevem Brito, e Mariz, de mil e duzentos e doze. Jaz sepultado em Santa Cruz. Foi Principe mais celebrado pelos filhos que teve, do que pelas acções que obrou. Porque deixou vivos sete, havidos da Rainha D. Dulce sua mulher, que era filha de D. Ramon Berenguer Conde de Barcelona, e de D. Petronilha Rainha de Aragão.

Destes filhos D. Affonço como mais velho succedeo no Reino a seu Pai.

D. Fernando pelo direito da Condeça Dona Joanna sua mulher foi Conde de Flandres; a qual D. Joanna era filha herdeira de Balduino Imperador de Constantinopla.

D. Pedro por sua mulher filha herdeira de D. Alnegol Conde de Urgel, não só possuiu este Condado, mas tambem foi Senhor das duas Ilhas de Malhorca, e Minorca. Este foi aquelle Infante D. Pedro, que antes de tomar estado em Aragão residio muitos tempos em Marrocos, por evitar desgostos com ElRei seu irmão D. Affonço II., e que de Marrocos trouxe consigo para o Reino de Leão os ossos dos cinco Bemaventurados Martyres Franciscanos, e de lá os enviou a Coimbra por via de Affonço Aires d'Arganil seu creado.

Dona

*Teresia Alphonso Nono Legionensium Regi nupta, post triplicem partum dirempto matrimonio, quod sine Romani Pontificis gratia cum consanguineo celebrarat, a viro separata recepit se in Cisterciensis Ordinis Monasterium Lorvanense, ubi ad mortem usque sanctissimam vitam duxit.*

*Sancia aedibus suis Alenquerii in primum Fratrum Minorum Coenobium conversis, extruēloque prope Conimbricam Cisterciensis Ordinis Monasterio Cellensi, virginitatem ibi Sponso Christo consecravit. Mortua vero sepulta est apud Lorvanum.*

*Religiosum cultum jam inde ab antiquis temporibus et Teresiae & Sanciae impendi solitum in Lusitania, Sedes Apostolica aetate nostra adprobavit, sorore utraque Beatorum Fastis rite inscripta.*

*Mafalda Henrico Primo Castellae Regi uxor data, ab eoque similiter ac Teresia propter consanguinitatis impedimentum Romani Pontificis jussu divulgata, in altero Cisterciensis Ordinis insigni Monasterio Arocensi pari sanctimoniae laude floruit, crebrisque post mortem coruscant signis.*

*Blanca Guadalaxarae Domina, ibique virgo defuncta, translata inde est in Conimbricense Monasterium Sanctae Crucis, nihil devotione & pietate sororibus dissimilis.*

D. Tereza depois de casar com ElRei Dom Affonso Nono de Leão, e ter delle tres filhos, como o matrimonio se celebrára com hum Principe seu Primo sem ter precedido dispensa do Papa; foi mandada separar do marido; e recolhida no Mosteiro de Lorvão da Ordem de Cister, fez nelle até á morte huma vida santissima.

D. Sancha vivia em Alenquer, da qual Villa era Senhora. Alli deo as suas proprias casas aos Frades Menores, para nellas se fundar o primeiro Convento, que esta Ordem teve em Portugal. Depois edificando junto a Coimbra o Mosteiro de Cellas da Ordem de Cister, nelle consagrou ao Divino Esposo Jesu Christo a sua Virgindade. E depois de morta foi enterrada em Lorvão.

Em nossos dias approvou a Sé Apostolica o Culto Religioso, que já de tempos antigos tributavão os Póvos de Portugal a estas duas Santas Infantas, Tereza, e Sancha, Beatificando solememente huma, e outra.

D. Mafalda mandada tambem separar de seu marido ElRei D. Henrique Primeiro de Castella, por causa do mesmo impedimento de consanguinidade; retirando-se ao outro insigne Mosteiro de Arouca da Ordem de Cister, floreceo nelle com igual fama de santidade, e depois da morte resplendece em frequentes milagres.

D. Branca foi Senhora da Villa de Guadaluza em Castella, onde viveo, e morreo solteira, nada dessemelhante de suas Irmãs em devoção, e piedade. Daqui foi trasladada para Santa Cruz de Coimbra.

*Ad extremum ut nothorum quoque filiorum inclitis facinoribus inclaresceret pater, procreavit Rex Sancius ex nobili & pulchra concubina Maria Annia de Fornellis Martinum Sancium, cujus praeclara facta & in re bellica gloriam memoriae prodidit locupletissimus apud nos Auētor Petrus Comes Barcellensis, idemque Dionysii Regis pariter nothus filius. Procreavit ex altera aequae splendido genere concubina Maria Pasia Riberia Constantiam Sanciam, quae Conimbricae insigne Beato Francisco dicatum Coenobium condidit.*

*Quin etiam ubi de Sancii Primi decoribus agitur, non videtur silentio premendum: quum tercentis post mortem annis Emmanuelis Regis jussu transferendum corpus ejus esset in elegantioris operis mausoleum, fuisse corpus ipsum incorruptum inventum.*

Finalmente para até confeguir grande nomeada pelas famosas acções dos filhos bastardos, teve ElRei D. Sancho de D. Maria Annes de Fornellos, mulher nobre, e fermosa, a D. Martinho Sanches, cujas illustres, e bizarras cavallarias nos deixou escritas o Conde de Barcellos D. Pedro, Author entre nós da maior fé, que tambem foi filho illegitimo d'ElRei D. Diniz. Outrosi de outra nobre mulher chamada D. Maria Paes Ribeira, teve a D. Constança Sanches, que fundou o insigne Convento de S. Francisco de Coimbra.

Nem quando se trata das glorias d'ElRei D. Sancho he para esquecer, que quando passados trezentos annos o mandou ElRei D. Manoel traslaldallo para outro Mausoléo de obra mais prima, foi achado incorrupto o seu corpo.



## ALPHONSUS II.

**S**ancio I. successit maximus filiorum Alphonsus II. cognomento Crassus, qui natus erat Conimbricæ, nona Kalendas Maias anno M. C. LXXXVI. Is ubi primum rerum potiri coepit, fratres ac sorores oppidis iis spoliare conatus, quæ singuli a patre acceperant; Ferdinandum quidem & Petrum illatae injuriæ pertæsos compulit in ceteras Regiones ad tempus abire; Tereciam vero & Sanciam aperto bello vexavit. Sed egregie repulsus ab iis, qui partes duarum Principum tuebantur; simulque perterritus jactura multorum oppidâ, quæ sibi ab Alphonsa Legionensi erepta erant; (nam ut ab oppugnandis sororibus averteret nostrum, infestis ille signis in Interamensem Provinciam irruerat) pace tandem composita, cum sororibus in gratiam rediit.

Dum hæc anno M. CC. XII. in Lusitania geruntur, in Baetia tres alii Hispaniæ Reges strenuissimi, Alphonsus Castellæ, Petrus Aragoniæ, & Sancius Navarræ, de pacto conjunctis viribus, acerrimum Mauris bellum inferebant. Initum ad Navas Tolosa-





## D. AFFONÇO II.

**A** ElRei D. Sancho I. succedeo seu filho primogenito D. Affonço II. que tinha nascido em Coimbra a 23. d'Abril de 1186. Este logo que começou a reinar, pertendeo tirar a seus irmãos, e irmãs as Villas, que seu pai tinha dado a cada hum. Donde se causou, que os Infantes D. Fernando, e D. Pedro se virão obrigados a viver muito tempo em paizes estrangeiros; e as Infantas D. Tereza, e D. Sancha forão vexadas por ElRei com declarada guerra. Mas sendo rebatido valorosamente pelos que sustentavão o direito das duas Infantas; e ao mesmo tempo atemorizado com a perda de muitas, que lhe tomàra ElRei D. Affonço Nono de Leão; (porque este para o apartar de perseguir as irmãs, tinha entrado com mão armada pela Provincia d'Entre Douro, e Minho;) veio por ultimo a fazer pazes, e a compôr-se com as Infantas.

A tempo que estas cousas se passavão em Portugal, que era no anno de 1212. fazião de commun acordo em Andaluzia huma dura guerra aos Mouros os outros tres valentissimos Reis, D. Affonço de Castella, D. Pedro d'Aragão, e D. Sancho de Navarra. Deo-se junto às Navas de Tolosa

*nas praelium est post hominum memoriam cruentissimum; utpote in quo fugato Mabomado Rege caesa dicantur Sarracenorum ducenta millia, capta vero sexaginta millia. Cui praelio, esto interesse non potuerit Alphonsus noster, intestinis discordiis impeditus; illum tamen partae a ceteris gloriae participem effecere aliquot equitum & peditum millia, quae ipse foederatis Regibus in subsidium miserat.*

*Quinto post anno, qui annus Christi fuit M. CC. XVII. ad expeditionem aliam in primis illustrem adgrediendam, cupidum gloriae animum incitavit insperatus eventus. Nam quum vi tempestatis in Olisiponensem portum delata esset quinquaginta navium classis, quae de Batavia solvens in Palaestinam navigabat; Alphonsus hortatu Suerii Olisiponensis Episcopi exteros classarios percentari jubet, num quamdiu secundiora in Syriam expectant tempora, auxilio sibi adesse velint in oppugnanda Salacia. Illis aientibus viginti millia nostrorum pro bello conscripta sunt; profectique hi terra, illi mari, ad Salaciam accedunt. Diu utrinque ancipiti Marte pugnatum; nam obsessis adventu suo vires addiderant Reges Cordubae, Hispalis, & Badajocii. Sed nostris etiam nova adveniente Gallorum classe, expugnatum tandem oppidum est, & Mauris ereptum, decimo quarto Kalendas*

sa a mais fanguinolenta Batalha de que se lembrão os homens; na qual posto em fugida o Rei Mahomet, se diz que forão mortos duzentos mil Sarracenos, e feitos cativos sessenta mil. Não foi o nosso Rei D. Afonso nesta Batalha, por se achar embaraçado com as discordias intestinas, que trazia com suas irmãs; porém os consideraveis soccorros de cavallaria, e infantaria, que para esta guerra contra os Mouros tinha mandado aos Reis alliados, o fez participante da gloria, que elles nella alcançarão.

Sinco annos depois; isto he, no anno de Christo 1217. hum insperado successo pezo a ElRei D. Afonso na situação d'emprender outro illustre feito, segundo o seu animo era amigo de commetter cousas, que lhe dessem honra. Foi o caso; que huma armada de vinte náos, que dos Portos de Hollanda tinha levantado ancora com o fito na Palestina, agitada d'huma furiosa tormenta arribou no de Lisboa. Por conselho do Bispo desta Cidade D. Sueiro, mandou ElRei propôr aos Hollandezes, se em tanto que lhes não servia o tempo para continuarem a sua derrota para a Syria, querião elles ajudallo a commetter a Villa d'Alcacer. Aceitando elles o invite, mandou ElRei alistar para a guerra vinte mil homens. Partidos os nossos por terra, e os Hollandezes por mar, chegarão huns, e outros a Alcacer. Dado o assalto, esteve por muito tempo indecisa a victoria; porque durando o cerco forão os Mouros soccorridos pelos Reis de Cordova, Sevilha, e Badajoz. Mas sobrevindo tambem em nosso auxilio huma nova  
ar-

*Novembris , sacro die Beati Lucae Evangelistae , caesis Maurorum triginta millibus cum duobus eorum Regibus.*

*Corpore erat Alphonsus ita pingui obesoque , ut olim ad Serpam , postquam diu multumque depugnasset , pressus armorum pondere , & ardore ipso præliandi spiritum intercludente , parum abfuerit , quin penitus exanimaretur.*

*Legibus ab Alphonso primo in Lamecensibus Comitibus promulgatis multas alias addidit in Comitibus Conimbricensibus , quarum Codex venerandae quidem antiquitatis monumentum etiamnum in Regio Tablino adservatur.*

*Procreavit ex uxore Urraca , Alphonsi Octavi Castellae Regis & Eleonorae Reginae filia , Sancium , Alphonsum , Ferdinandum , & Eleonoram. Ex quibus Sancius & Alphonsus unus post alterum Lusitaniae imperitarunt. Ferdinandus Serpae Infans vulgo dictus , uxorem duxit Sanciam Fernandiam , Ferdinandi Larae Comitibus filiam. Eleonora Dacorum fuit Regina.*

*Conimbricae e vivis excessit Alphonsus octavo Kalendas Aprilis anno M. CC. XXXIII. aetatis quadragesimo octavo , Regni vero vicesimo secundo. Sepultusque est in Monasterio Alcobatiensi cum Urraca conjugē.*

*Alphonso regnante admissi in Lusitaniā sunt*

armada de Francezes , por ultimo foi escalada a Villa , e tirada aos Mouros , dia do Evangelista S. Lucas , que he a 18. de Outubro , ficando mortos trinta mil Mouros , e dous dos seus Reis.

Era ElRei D. Affonço tão gordo , e obeso de corpo , que n'hum refrega que teve com os Mouros junto a Serpa , epprimido do pezo das armas , e da fadiga de pelejar , pouco faltou que não morresse abafado.

Sobre as Leis que ElRei D. Affonço seu avô tinha promulgado nas Cortes de Lamego , ajuntou muitas outras nas Cortes de Coimbra , das quaes se conserva ainda hoje na Torre do Tõmbo hum Exemplar de veneranda antiguidade.

Teve da Rainha D. Urraca , filha d'ElRei D. Affonço oitavo de Castella , e da Rainha Dona Leonor sua mulher , os Infantes D. Sancho , Dom Affonço , D. Fernando , e D. Leonor. Dos quaes D. Sancho , e D. Affonço forão successivamente hum depois do outro Reis de Portugal. D. Fernando chamado vulgarmente o *Infante de Serpa* , casou com D. Sancha Fernandes , filha de D. Fernando Conde de Lara. D. Leonor foi Rainha de Dácia.

Morreo ElRei D. Affonço em Coimbra a 25. de Março de 1233. tendo quarenta e oito annos de idade , e vinte dous de Governo. Foi sepultado no Mosteiro d'Alcobaça com a Rainha Dona Urraca sua mulher.

Em tempo deste Rei D. Affonço forão admittidas em Portugal as duas Ordens dos Frades

Pré-

*recens instituti a Beatis Dominico & Francisco Praedicatorum & Minorum Ordines. Coepit etiam virtutibus & signis inclarescere Beatus Antonius Olisiponensis.*

Prégadores, e dos Menores, que pouco antes tinham sido instituidas por S. Domingos, e S. Francisco. Começou tambem a florecer em virtudes, e milagres o nosso S. Antonio de Lisboa.



## SANCIUS II.

**S***Ancius a gestato cucullo cognomentum sortitus , Conimbricae natus est sexto Idus Septembris , anno M. CC. II. De hoc antequam dicere incipio , liceat mihi praefari id , quod in Pescenium Nigrum scite adnotavit Aelius Spartianus. Rarum ( inquit ) ac difficile est , ut quos tyrannos aliorum victoria fecerat , bene mittantur in litteras ; atque ideo vix omnia de his plene in monumentis habentur. Quae praefatio eo spectat , ut quisquis apud veteres Scriptores nostros legerit , Sancium propter Regnum male administratum fuisse Regno dejectum ; meminerit ille quidem , non recte semper hominum merita ex cuiusque fortuna aestimari ; ac proinde Sancio contingere potuisse , quod & aliis ante & post illum Principibus , ut saeculi potius in quo vivere , quam sua ipsorum culpa infortunati extiterint atque aerumnosi.*

*Primum quidem satis constat , Sancium maiorum exempla aemulatum , ( quod in mollem atque socordem Principem non cadit ) susceptum adversus Mau-*





## D. SANCHO II.

**E**LRei D. Sancho chamado o Capello (por ter ufado delle) nasceu em Coimbra a 8. de Setembro de 1202. Antes de entrar a fallar deste Rei, seja-me licito applicar-lhe hum excellente dito de Elio Esparciano, entrando a escrever do Imperador Péscenio Negro. *He cousa rara, e difficultosa, diz este Author, que por escrito se diga bem daquelles, a quem o maior poder dos outros fez que fossem havidos por tyrannos: e por isso succede, que destes taes não ha hum Historia, que nos diga tudo o que lhes pertence.* Serve esta Prefação de prevenir os meus Leitores, que quando nos nossos Escriptores antigos acharem, que ElRei D. Sancho II. fôra deposto do Reino por causa do seu tyrannico governo; reflectão que nem sempre os merecimentos dos homens se reputão bem pela fortuna, que cada hum experimentou: e que assim poderia succeder a ElRei Dom Sancho, o que antes, e depois d'elle aconteceu a outros Principes, que foi serem desgraçados, e mofinos, mais por vicio do seculo em que vivêrão, do que por culpa sua.

Primeiramente para se desmentir, que ElRei D. Sancho fora hum Principe molle, e apoucado, he huma cousa averiguada pela Historia, que

ros bellum toto fere Principatus tempore eo ardore ,  
 eaque fortuna continuasse ; ut Alphonso Rege primo  
 excepto reperiatur nemo , qui plura oppida vel expu-  
 gnarit obsessa , vel amissa recuperarit. Prioris quippe  
 generis Aljustrellum , Aruncis , Myrtilis , Tavira ,  
 aliaque bene multa memorantur : posterioris vero El-  
 vae , Jurumenia , Serpa , & non pauca alia. Quibus  
 adde , quod sub ipsa statim Regni initia & Ægita-  
 niam pene dirutam refecerit , & Sulaciam a Mauris  
 terra marique subita obsidione clausam , naviter per  
 Ægidium Soverosam defenderit , ingenti cum hostium  
 damno.

Sed uni Sancio non profuit bellicosum esse , &  
 saepe numero victorem , quominus deses atque igna-  
 vus haberetur.

Praecipuum intortae adversus eum adcusationis  
 caput eo recidit , ut culpetur Sancius , quod aliis  
 spretis nuptiis dignioribus , disparem genere uxorem  
 atque eam quidem privati & subditi hominis jam  
 viduam , sibi copularit Manciam Lopestam de Haro ,  
 Lupi Diasii de Haro Cantabriae Dynastae filiam. Quae  
 conciliatas sibi Regis nuptias gratificatura Regiis  
 Purpuratis , ipsorum avaritiam & crudelitatem cal-  
 lidis infidisque excusationibus apud uxorium virum  
 obte-

elle imitando os exemplos de seus Maiores continuou a guerra contra os Mouros quasi por todo o tempo do seu Reinado ; e que a continuou com tal ardor , e felicidade , que excepto ElRei Dom Affonso I. não houve em Portugal quem de novo tomasse mais Praças aos Mouros , nem reivindicasse das suas mãos maior número das que de novo se tinham perdido. Porque na primeira classe se contão Aljustrel , Arronches , Mértola , Tavira , e outras muitas : na segunda Elvas , Jurumenha , Serpa , e outras mais. Accresce que elle logo nos principios do seu governo mandou reedificar Idanha ; e por meio de Gil Soverosa desassombrou Alcacer do apertado sitio , em que desapercebidamente a tinham posto os Mouros , que forão rebatidos com grande damno seu.

Mas foi ElRei D. Sancho o unico a quem não aproveitou ser bellicoso , e muitas vezés vencedor , para que o não deffem por inerte , e cobarde.

Era o principal artigo das accusações , que contra elle se fizerão , dizer-se que tendo desprezado outros casamentos mais dignos d'hum grande Rei que elle era , tomou por mulher a D. Mecia Lopes de Haro , que sobre lhe não ser igual em nascimento , ( ainda que filha de D. Lopo Dias de Haro Senhor de Biscaia ) era já viuva de hum homem Vassallo. A qual para gratificar aos Privados d'ElRei o terem influída com os seus conselhos , para que estas nupcias se effeituassem ; dizem que tomára o expediente de cobrir , e encovrir com

*obtegere sit solita : quaeque proinde pestifera & fe-  
ralis causa extiterit omnium illorum flagitiorum ,  
quorum mole oppressam se ac pene obrutam Sancio  
Rege frustra ingemiscebat tota Lusitania.*

*Nempe in vulgus jaëtabatur , iniquitate Admi-  
nistrorum , & negligentia Regis , impune per univer-  
sum Regnum latrocinia , rapinas , stupra , caedes ,  
sacrilegia admitti : impune sacrosanctis Ecclesiis &  
Monasteriis donata bona eripi , vel in profanos usus  
insumi : impune divina humanaque jura omnia passim  
violari : nullum inter sacrum & profanum discrimen  
haberi. Ad haec immodica & importabilia Populis  
tributa passim imperari : non meritis , sed necessitu-  
dinibus honores praemiaque distribui : nihil ex justi-  
tia , omnia pro lubricine administrari.*

*At vero qui haec inelamabant , vel potius ex-  
aggerabant , ii maxime erant , quorum plurimum  
referebat Purpuratorum causa Regi intra & extra  
Lusitaniam invidiam creare. Quae omnia tamen ut  
demus fuisse verissima atque testatissima , quis hodie ,  
quaeso , non videt , ubi domestica desperata fuissent*

capciosas , e infieis desculpas na presença de hum Rei , que todo lhe vivia a ella entregue , os excessos da avareza , e da crueldade , que os ditos Privados commettião : e que por consequente foi a pestifera , e funesta causa de todos aquelles desaforos , debaixo de cujo pezo se gemia em vão opprimido , e quasi affogado todo o Portugal.

O caso era que por todo o Reino se publicava , que por causa da iniquidade dos Ministros , e da negligencia d'ElRei , se commettião impunemente roubos , rapinas , estupros , mortes , e sacrilegios : que os Bens das Sacro-fantas Igrejas , e Mosteiros , ou se lhes tiravão , ou se applicavão a usos profanos : que a cada passo se estavam violando todos os direitos , quer divinos , quer humanos : que se não fazia nenhuma distincção nem differença entre o Sagrado , e o Secular. Afóra isto , que cada dia se estavam impondo aos Póvos tributos sem medida , e de todo incomportaveis : que as honras , e os premios não se distribuião conforme os merecimentos , mas conforme as afeições da carne , e sangue : que nada se governava pelas Leis da justiça , mas tudo pelas do despotismo.

Mas quem publicava a gritos , ou por melhor dizer , exaggerava estas desordens , erão aquelles , que aborrecião o poder dos Validos , e a quem por causa dos Validos importava muito malquistar ElRei com os de dentro , e com os de fóra. As quaes desordens ainda dado que todas fossem muito verdadeiras , e muito notorias ; quem dei-

*remedia, convenientem publicis malis non a Romano Pontifice, sed ab uno Rege Regum Deo Optimo Maximo, quaeri medicinam oportuisse?*

*Adde, quod multa quae sibi Ecclesiasticarum Libertatum nomine aeo illo vindicabant Sacri Antistites, ea jam nostro saeculo & eruditiori & moderatori non jura videntur, sed injuriae Summis Imperantibus illatae.*

*Verum ea aetate vivebat Saucius, in qua Regem vel tyrannidis, vel socordiae apud exterum Judicem insimulare, non perfidia habebatur, sed pietas: & in qua homines sacris initiati obfirmate credebant, obfirmateque volebant ab aliis credi, esse se ab omni Summorum Principum potestate exemptos, nullaque in re illis subesse.*

*Ergo a Rege hinc graviter labefactata Ecclesiae jura, hinc miserabiliter oppressam Rempublicam, vehementer apud Sedem Apostolicam exposulantibus & vociferantibus, ex Antistitibus quidem Joanne Bracarense & Tiburtio Conimbricensi, ex Proceribus vero Ruderico Gomesio de Briteriis, & Gomesio Viega: Tandem anno M. CC. XLV. de sententia Romani Pontificis Innocentii IV. omni Regni administratione privatur Saucius, summaque imperii demandatur Al-*

xa hoje de conhecer que na desesperação de remedio domestico, o deverão os Portuguezes buscar não do Padre Santo de Roma, mas do Deos todo Poderoso, que he só o Rei dos Reis?

Acrecentê-se, que muitos dos direitos, que naquelle tempo arrogavão a si os Bispos, debaixo do titulo de Liberdades da Igreja; hoje em dia que ha mais luzes, e mais moderação, já elles se não reputão direitos do Clero, mas offensas da Real Authoridade.

Porém ElRei D. Sancho vivia n'hum idade, em que o accusarem os Vassallos o seu Rei, ou de tyranno, ou de negligente perante hum Juiz Estrangeiro, não se reputava traição, mas piedade: n'hum idade, em que os Clerigos crião firmemente, e pertendião que todos assim cressem, que elles erão isentos de todo o poder dos Principes Soberanos, e que em nada lhes estavão sujeitos.

Aos clamores pois que da parte dos Prelados dirigião á Sé Apostolica D. João Arcebispo de Braga, e D. Tiburcio Bispo de Coimbra; da parte dos Grandes Seculares, e do Povo os dous Fidalgos Ruy Gomes de Briteiros, e Gomes Viagas; queixando-se aquelles, de que ElRei tinha quebrado todas as Immunidades ás Igrejas; estes, que trazia opprimida com as suas violencias a Republica: Destes clamores, digo, e queixumes resultou por ultimo, que por sentença do Papa Innocencio IV. foi ElRei D. Sancho privado de toda a administração do Reino, e o Infante D. Affonso

*phonso ejus fratri, qui tunc temporis jure Mathildis conjugis Boloniensis in Gallia Comes erat. Qui Alphonsus ubi delatam sibi a Pontifice patrii Regni administrationem comperit, mox Parisiis dicto Sacramento, quo se spondebat & damna omnia fratre regnante illata resarturum, & subditos ad justitiae & aequitatis amissim reſtuturum, propere Lusitaniam repetiit.*

*Sancius aliquandiu dimittendo sceptro reluſtatus, ac pro retinendo eo in auxilium etiam invocatis & impetratis copiis Ferdinandi Castellae & Legionis Regis; ubi videt prae injecta animis religione Pontificii mandati, omnia sibi frustra esse, maximis secum e Lusitania deportatis opibus Toletum se proripuit, ibique post biennium fato concessit, anno M. CC. XLVIII. Conditus est Toleti in sepulcro Regum, quod erat in Maiori Ecclesia, postquam regnasset annos XXII.*

*Per id temporis insignem suam in Sancium fidem raro inprimis & memorabili facto testatam volvere Ferdinandus Rudericius Paccecus, & Martinus Freitafius. Nam jussi ab Alphonso arces tradere, quibus a Sancio praefecti erant, nempe Ferninandus Celoricanam, Martinus Con. nbricensem; negaverunt*  
*ulla*



ço seu irmão, que neste tempo por sua mulher a Princeza Mathildes era em França Conde de Bolonha, encarregado de o governar em lugar d'elle. O qual D. Affonço tanto que soube, que por mandado do Papa estava feito Governador do Reino, que fora de seu Pai; se deo logo toda a pressa por se recolher a Portugal, depois de ter jurado em París, que repararia todos os damnos causados no Reinado de seu irmão, e que governaria os seus Vassallos segundo as Leis da justiça, e da equidade.

Por algum tempo repugnou ElRei D. Sancho a largar o Sceptro, e ainda para o conservar se valeo das tropas auxiliares, que o Santo Rei de Castella, e Leão D. Fernando lhe mandou. Mas por ultimo vendo, que lhe não fundião nada estas diligencias, porque todas lhas frultrava o escrupulo, que os Executores do mandado Pontificio mettião ás consciencias; deo consigo em Toledo, para onde levou grandes riquezas, e onde passados dous annos faleceo no anno de 1248. Foi depositado no Jazigo dos Reis, que era na Sé de Toledo, depois de ter reinado vinte e dous annos.

Então foi, que dous Fidalgos Portuguezes, Fernão Rodrigues Pacheco, e Martim de Freitas, derão hum raro, e memoravel exemplo da sua fidelidade para com ElRei D. Sancho. Era o primeiro Alcaide Mór de Celorico, o segundo de Coimbra. Mandando-lhes o Conde Governador, que lhe entregassem os Castellos, de que ElRei D. Sancho os encarregára; responderão ambos,

ulla se vi adduci posse, ut alteri in manus traderent, quod a Sancio interposita fide accepissent. Quumque saepe ac diu ea de causa essent ab Alphonso oppugnati, non ante tamen ei arces tradidere, quam de obitu Sancii fuerunt certiores facti. Et Freitasius quidem profectus ipse Toletum, ibique Sancii sepulcro aperiri jussu, multis adstantibus testibus commissae sibi Conimbricensis arcis claves dextro defuncti brachio innexuit; atque hoc quasi postremo fidei suae officio egregie perfunctus discessit, & in Lusitaniam recepit se. Quo audito arcem quoque Celoricanam Alphonso dimisit Paccecus.

Qui ita erga Regem a Summo Pontifice depositum se gessere, ii profecto non credebant, ulla se humana sententia absolvi potuisse a Sacramento fidelitatis, quo se olim Regi obstrinxerant.

que nenhuma força os poderia compellir a entregarem nas mãos d'outro humas Fortalezas, pelas quaes elles tinhão dado homenagem ao feu Rei D. Sancho. E a pezar dos apertados cercos, que por vezes lhes mandou pôr o Conde Reinante, não lhe entregárão os douz Fidalgos os Castelllos, fenão depois que tiverão novas certas, de que El-Rei D. Sancho era falecido. Então Martim de Freitas indo em pessoa a Toledo, depois de fazer abrir o sepulcro do Rei defunto, estando presentes muitas testemunhas lhe poz no braço direito as Chaves do Castello de Coimbra; e feito isto se tornou a Portugal, crendo que assim tinha cumprido com as ultimas obrigações, que devia a El-Rei feu Senhor. O que ouvido por Fernão Rodrigues Pacheco, tambem este fez entrega a El-Rei D. Affonso do Castello de Celorico.

O terem-se havido assim com hum Rei de posto pelo Summo Pontifice estes douz Fidalgos, he huma concludente próva, de que elles não crião, que alguma sentença humana os podesse absolver do juramento de fidelidade, que huma vez tinhão prestado ao feu Rei.



## ALPHONSUS III.

**A**lphonsus post Sancii fratris obitum in Comitibus Conimbricensibus Rex creatus, quod vivente priore Conjuge Mathildæ Boloniensi Beatricem Alphonsi x. Castellæ Regis ex concubina filiam sibi desponderat, sacris ab Alexandro IV. Pontifice Maximo est interdictus. Quum ne sic quidem respiceret, subjacere se Pontificiis diris tandiu passus est, quoad extincta Mathilde, initum cum Beatrice matrimonium alterum, rogatu Antistitum Lusitanorum, legitimum firmumque haberi jussit Clemens IV.

Principatum Alphonso ineunte, anno M. CC. XLVIII. capta fuit a Beato Ferdinando Castellæ & Legionis Rege urbs Hispalis. Qua in expugnatione non levem Ferdinando operam locaverunt e nostris, duce Martino Fernandio Avistensis Ordinis Magistro, Rudericus Forjazius, Memmius Rudericius Tujus,

Lou-



## D. AFFONÇO III.

**E**LRei D. Affonço III. sendo depois da morte d'ElRei D. Sancho seu irmão acclamado em Cortes, que para isso se celebrarão em Coimbra; como quer que vivendo sua mulher Mathildes Condeça de Bolonha, casasse com a Rainha D. Brites filha natural d'ElRei D. Affonço Decimo de Castella; foi por esta causa excommungado pelo Papa Alexandre IV. Como nem assim se emendasse, perseverou illaqueado nas censuras Pontificias todo o tempo, que ainda viveo a Condeça Mathildes. Depois de cuja morte he que a rogos dos Bispos do Reino, revalidou o Papa Clemente IV. o segundo matrimonio d'ElRei com D. Brites.

No primeiro anno do Reinado d'ElRei Dom Affonço Terceiro de Portugal, que foi o anno de Christo 1248. tomou o Santo Rei de Castella, e de Leão D. Fernando a Cidade de Sevilha aos Mouros. Na qual empreza derão não pequena ajuda ao dito Rei muitos Senhores Portuguezes, que a ella forão debaixo do commando do Mestre de Aviz D. Martinho Fernandes: entre elles Rodrigo Forjaz, Mem Rodrigues de Tuges, Lourenço Fer-

*Laurentius Fernandus a Cunia , Raymundus Viegafius de Siqueria , Alphonsus Piresius Riberius , Egas Henricus Portocarrerus , aliique quamplurimi , quorum illustrem seriem litterarum monumentis consignavit Petrus Comes Barcellensis.*

*Ubi primum autem domestica negotia sunt pacata , summa ope in bellum Algarbiense incumbere coepit Alphonsus. Falluntur enim egregie , qui dotis titulo Algarbium tradunt in Alphonsi potestatem venisse per Beatricem uxorem ; quum ex indubitatis monumentis planissimum sit atque testatissimum , quo belli jure Sancius Primus Silvim , Sancius secundus Taviram occuparunt , eodem Pharum , & Lolaeam , & Algesurem , & Albuferiam , ceteraque tractus illius oppida armis sibi adquisisse Alphonsum nostrum.*

*Interea ut mercium venditione ac permutatione ditarentur subditi , frequentes pro tota Lusitania mundinas instituit ; dato oppidorum Duumviris negotio , ut curarent , nequid detrimenti a latronibus caperent , qui iter faciebant.*

*Agriculturam quoque bellorum causa ubique fere neglectam , multis in locis non parum promovit.*

*Praeter alia opera , insignia Monasteria duo condidit & dotavit ; Olisiponense Sancti Dominici , & Scalabitanum Beatae Clarae.*

*C.*

*Obiit*

Fernandes da Cunha, Reimão Viegas de Siqueira, Affonço Pires Ribeiro, Egas Henriques Portocarreiro, e muitos outros, cuja illustre série deixou em memoria o Conde de Barcellos Dom Pedro.

Tanto que as coufas domesticas tomarão assento, applicou-se ElRei D. Affonço com todo o vigor á guerra do Algarve. Porque se enganão manifestamente os que escrevem, que ElRei Dom Affonço Terceiro possuio o Algarve por titulo de dote, que fora dado a sua segunda mulher a Rainha D. Brites: quando pelo contrario consta de Memorias indubitaveis, e claras, que o nosso Dom Affonço adquirio no Algarve Faro, Loulé, Algesur, Albufeira, e os mais Lugares d'elle pelo mesmo direito de conquista, com que D. Sancho I. occupára Silves, D. Sancho II. Tavira.

Entre tanto a fim de seus Vassallos se enriquecerem com as compras, e vendas dos seus generos, instituiu em todo o Portugal muitas Feiras; dando ordens aos Juizes das Terras, que pozessem todo o cuidado em fazer, que as estradas não fosses infestadas de salteadores, para assim poderem os feirantes correr seguros.

Tambem promoveo em muitos lugares a Agricultura, que por causa das guerras estava entre nós quasi em esquecimento.

Afóra outras obras, edificou, e dotou ElRei D. Affonço III. dous Conventos insignes: o de S. Domingos de Lisboa, e o de S. Clara de Santarem.

*Obiit Olisipone XIV. Kalendas Martii, anno Domini M. CC. LXXIX. aetatis LXIX. Regni XXXI. Numeris omnibus absolutus Princeps futurus, nisi Mathilde repudiata ingrati animi infamia laborasset.*

*Suscepit ex Beatrice secunda uxore Dionysium, Alphonsum, Blancam, & Constantiam. Ex quibus Alphonsus multorum in Lusitania oppidorum & arcium dominus, copulata sibi in matrimonium Violanta, Beati Ferdinandi & Constantiae Reginae nepte, plurimisque ex ea liberis procreatis, regium sanguinem in bene multas, easque amplissimas familias magna nominis sui fama transfudit. Constantia primum Loranensis in Lusitania, deinde Helgensis prope Burgos Monasterii Antistitam agens, utrobique praeclara religionis & sanctimoniae exempla edidit.*

*Suscepit etiam ex diversis pellicibus Aegidium Alphonsum, Ferdinandum Alphonsum, Martinum Alphonsum, & Eleonoram Portugalliam. Atque ex his quidem Eleonora Portugallia nupta fuit cum Gundisalvo Garcia de Sosa, natalibus & opibus in Lusitania potentissimo. Martinus vero Alphonsus matre Maurara Sosa Catulorum parens creditur.*

*Post decemium translatus Rex Alphonsus est a filio Dionysio in Monasterium Alcobatiense, una cum*



Morreo em Lisboa a 16 de Fevereiro de 1279. em idade de sessenta e nove annos, e de Reinado trinta e hum. Houvera sido hum Principe a quem não faltasse parte alguma boa, se repudiando sua primeira mulher Mathildes não tivesse incorrido a nota de ingrato.

Teve da Rainha D. Brites sua segunda mulher os Infantes D. Diniz, D. Affonso, D. Branca, e D. Constança. Destes o D. Affonso Senhor em Portugal de muitas Terras, casou com Dona Violante neta do Santo Rei D. Fernando, e da Rainha D. Constança; da qual teve esclarecida descendencia, que com grande gloria do Tronco difundio o Sangue Real por muitas, e grandes Familias. D. Constança depois de ter sido em Portugal Abbadeca do Mosteiro de Lorvão, o foi ser em Castella no Mosteiro das Helgas de Burgos, onde deo illustres exemplos de Religião, e de Santidade.

Teve outrosi de diversas mancebas a D. Gil Affonso, a D. Fernando Affonso, a D. Martim Affonso, e a D. Leonor de Portugal. Destes Dona Leonor de Portugal casou com D. Gonçalo Garcia de Souza, Rico Homem, e grande Senhor neste Reino. D. Martim Affonso, que era filho de mãe Mourisca, tem-se por Tronco dos Souzas Chichorros.

Dez annos depois da sua morte foi ElRei D. Affonso trasladado de Lisboa para o Mosteiro de Alcobaça por ElRei D. Diniz seu filho, juntamente com a Rainha D. Brites; cujo corpo se

*uxore Beatrice ; cuius corpus inventum fertur rufis capillis ita integris , vultuque adeo venusto , ut non mortua videretur , sed dormiens.*

diz que fora achado com os cabellos louros tão  
inteiros , e o carão tão bello , que não parecia  
defunta , mas dormente.



## DIONYSIUS I.

**D**ionysium tria effecere non minus domi fortunatum, quam foris celebrem: uxor, justitia, & veritas. Atque uxor quidem Beata Isabella, Petri III. Aragoniae Regis & Constantiae Reginae filia, dum maximis aliis Europae Principibus expetita, uni Dionysio datur; planissime meritorum ejus excellentiam comprobavit. Justitia adeo in illo emicuit, ut suorum nulli nisi digno, deque se ac de Republica optime merito, honores praemiave conferri permisit. Jam veritatis adeo diligens erat Dionysius, ut ejus causa acerbas ac diuturnas inimicitias exercuerit cum Sancio IV. & Ferdinando IV. Castellae Regibus. Qui quod satisfacere promissis detrectabant, bello a Dionysio laceffiti, male servatae fidei poenas luerunt.

Auxit nominis claritudinem fama animi in primis munifici, ingeniique humaniorum etiam Litterarum studiis satis exculti. Nam et Latinos Poetas le-



## D. DINIZ I.

**T**Res cousas fizeram a ElRei D. Diniz não menos afortunado dentro do seu Reino, do que célebre fóra d'elle: a mulher, a justiça, e a verdade. A mulher que foi a Santa Rainha D. Isabel, filha d'ElRei D. Pedro III. d'Aragão, e da Rainha D. Constança sua mulher; sendo dada mais a ElRei D. Diniz, do que a nenhum outro dos muitos Principes que a pertendêrão, bem mostrou nesta preferencia quanto o nosso excedia em mercimentos a todos os outros. A justiça resplandeceo em ElRei D. Diniz de tal modo, que a nenhum dos seus deo honras nem fez mercês, que não fosse bem digno dellas pelos seus avultados serviços. Da verdade era ElRei Dom Diniz tão amante, que por esta causa teve grandes, e longas inimizadas com os dous Reis de Castella D. Sancho IV., e D. Fernando IV. Os quaes porque duvidavão dar cumprimento ao prometido, e ajustado, vierão a pagar com as peçadas resultas da dura guerra, que o nosso Rei lhes fez, a sua falta de palavra.

Cresceo muito a celebridade do seu nome com a fama que corria de ter hum animo muito grandioso, e hum engenho assáz cultivado dos estudos ainda das Bellas Letras. Porque d'elle se

*Elitasse fertur, & versus Lusitana Lingua fecisse pro illa aetate non inelegantes.*

*Munificentiae plane regiae quum illustria exempla multa celebrantur, tum duo illa sunt praecipua: quod quo tempore in Castella & Aragonia est versatus, (versatus autem utrobique ille est non parum temporis, propter dissidia quae inter Castellae Regem Ferdinandum & Principem Alphonsum de Lacerda exarserant, quibus componendis Arbitr a Romano Pontifice cum aliis designatus fuerat Dionysius) rogatus a Jacobo Rege uxoris fratre ut sibi decem millia numum daret mutua, gratis triginta millia numeravit. Rursus querenti cum ipso nobili Castellano, quum Procerum plerosque dignis Rege muneribus donasset, unum se ab eo vacuum fuisse relictum; triclinium argenteum, in quo tunc prandebat, dari iussit.*

*Praeterea Ferdinandum generum Castellae Regem Sarraceno bello laborantem, non solum decem & septem millibus à sexcentis argenti libris datis mutuis, sed etiam septingentis equitibus sua impensa alendis, multum adjuvit.*

*Primus in Lusitania nobilem Academiam instituit, quae Olisipone Conimbricam translata parens fuit & altrix maximorum ingeniorum.*

*Lusitaniam superioribus bellis & calamitatibus*  
Le-

conta, que lia os antigos Poetas Latinos, e que em Lingua Portugueza fizera versos para aquelle tempo nada desalinhados.

Entre muitos exemplos que se podião referir da sua magnificencia, são especialmente memoraveis os dous seguintes. Primeiro: que no tempo que andou por Castella, e Aragão (onde por alguns mezes o deteve o negocio da composição das differenças, que como hum dos Juizes Arbitros foi fazer por ordem do Papa, entre o Rei Dom Fernando de Castella, e o Infante D. Affonso de Lacerda) pedindo-lhe ElRei seu cunhado D. Jayme d'Aragão dez mil cruzados emprestados, o nosso lhe deo gratuitamente de contado vinte mil. Segundo: que queixando-se a ElRei hum Fidalgo Castelhana, de que tendo sua Alteza presenteado a quasi todos os Grandes daquelle Reino, só a elle o tinha deixado com as mãos vazias: ElRei lhe mandou dar a mesma meza em que actualmentemente estava jantando, que toda era de prata.

Alem disto ajudou tambem muito na guerra que trazia com os Sarracenos a ElRei de Castella D. Fernando IV. seu genro: ao qual não só emprestou defasete mil e seis centos marcos de prata, mas tambem mandou sete centos de cavallo pagos á custa delle Rei D. Diniz.

Foi o primeiro que em Portugal instituiu huma illustre Universidade, que trasladada de Lisboa para Coimbra, tem sido mãe, e creadora de grandissimos engenhos.

Achando-se Portugal por causa das guerras,

*pene exhaustam, plusquam quadraginta conditis oppidis & castris non solum frequentavit, sed etiam communicavit.*

*Leges multas promulgavit sanctissimas atque prudentissimas.*

*Egit primum cum Nicolao IV. deinde cum Cælestino V. ut Equites S. Jacobi in Lusitania non amplius Castellano Ordinis Magistro subditi essent: primoque Magistro designato Laurentio Annio, Salaciam Ordinis præcipuam sedem esse jussit, unde postea tamen Palmellam commigrarunt Equites. Templariorum Sacra Militia in Generali Concilio Viennensi abolita, aliam ei in Lusitania substituit a Christo dictam, sui de consensu Joannis XXII. Pontificis maximi ipsorum Templariorum bona adsignavit, primo quidem novi Ordinis Magistro creato Ægidio Martinio; primo etiam Equitum domicilio apud Castrum Marinum collocato, unde postea Tomarium translatum est.*

*Plantato denique Leiriensi pineto, videtur Dionysius divino quodam instinctu præparare materiam voluisse, ex qua maximæ illae aedificarentur classes, quæ sub Emmanuele Rege in Indiam penetrantes,*



e calamidades passadas quasi exhausto, elle o povoou, e fortificou com mais de quarenta Villas, e Castellos, que mandou fundar de novo.

Promulgou muitas Leis santissimas, e prudentissimas.

Fez primeiramente com o Papa Nicoláo IV. depois com Celestino V. que os Cavalleiros da Ordem de Sant-Iago em Portugal não fossem mais sujeitos ao Mestre Castelhano: e tendo eleito por primeiro Mestre dos nossos a D. Lourenço Annes, mandou que os Cavalleiros residissem em Alcacer do Sal, donde depois com tudo se mudárão para Palmella.

Abolida no Concilio Geral de Vienna a Ordem dos Cavalleiros Templarios, instituiu em seu lugar outra, que chamou Ordem da Milicia de nosso Senhor Jesu Christo: e de consentimento do Papa João XXII. lhe applicou as rendas que tinham sido dos mesmos Templarios, sendo eleito para seu primeiro Mestre D. Gil Martins; e sendo-lhe assignada por primeiro domicilio a Villa de Castro Marim, donde pelo tempo adiante forão estes Cavalleiros de Christo transferidos para Tomar.

Finalmente em mandar ElRei D. Diniz plantar o Pinhal de Leiria, parece que nisto procedeo elle inspirado por Deos, isto he, como quem com luz superior antevia as muitas madeiras, que havião de ser necessarias para a construcção das grandes armadas, que em tempo d'ElRei Dom Manoel tinhão de descobrir na India, e trazer de

*clausas tot saeculis orientis opes in Lusitaniam ad-  
sportaturae erant.*

*Dum tot rebus praeclare gestis per totam Eu-  
ropam volitaret Dionysii fama, senem jam, & par-  
ta gloria tranquille perfruentem, maximopere per-  
turbavit Alphonsi Principis defectio. Qui ut tyranni-  
ca aliquot oppidorum occupatione magnum patri ne-  
gotium facefferet, non aliis exagitatus stimulis credi-  
tur, quam innatae ferociae, & quod susceptum ex  
concupina fratrem cognominem, iniquissime ferret pa-  
tri esse singulariter carum acceptumque. Alphonsus  
Sancius ille vocabatur. Ergo infestis signis prodire  
in aciem saepe adversus rebellem filium compulsus est  
Dionysius. Nec prius a bello cessatum, quam prae-  
liis aliquot editis, precibus tandem & lacrimis san-  
ctissimae ac prudentissimae matris Elisabethae, cum  
patre in gratiam rediit Alphonsus.*

*Scalabi diem clausit extremum Rex Dionysius  
octavo Idus Januarii, anno M. CCC. XXV. annos na-  
tus quatuor & sexaginta, quum regnasset XLVI.  
Facet in Monasterio Odivellensi, quod ipse pro Cister-  
tensibus Virginibus grandi impensa extruxerat ac  
dotarat, octavo ab Olisipone milliario: Princeps ta-  
men aetatis suae omnium prudentissimus ac felicissimus,  
& cui Lusitania firmamentum, opes, & juvenilem*

lá a Portugal tantas riquezas, fechadas por tantas centenas d'annos ao conhecimento das Nações Europeas.

Quando este grande Rei n'humã descansada velhice estava desfrutando a gloria de tantas acções illustres, quantas a fama publicava por toda a Europa; eisque toda esta gloria, e socego do pai o perturba seu filho o Principe D. Affonço com huma fêa rebellião. Os motivos que o incitárão a apoderar se tyrannicamente d'algumas Villas, e a pôr com isto a ElRei seu pai em grande cuidado; julga-se que não forão outros, que a natural ferocidade do Principe, e o implacavel resentimento em que vivia por ver, que ElRei especializáva nas demonstrações do seu amor, e carinho hum filho bastardo que tinha do mesmo nome. Chamava-se este D. Affonço Sanches. Vio-se pois obrigado ElRei a fahir por vezes a campo com exercito formado contra seu rebelde filho. Nem cessou a guerra entre os dous, senão depois que tidos varios recontros, se congraçou por ultimo o filho com o pai, intervindo para isto os regos, e lagrimas da santa, e prudente Rainha D. Isabel.

Faleceo ElRei D. Diniz em Santarem a 7. de Janeiro de 1325. tendo de idade sessenta e quatro annos, e de Reinado quarenta e seis. Jaz no Mosteiro d'Odivellas, que elle fundára com grande despeza, e dotára com liberal mão, para Freiras da Ordem de Cister, duas legoas de Lisboa. Foi o Principe mais ajuizado, e mais felice de todos os do seu tempo: e a elle confessará eter-

*quendam vigorem se debere aeternum sit profes-  
sura.*

*Sustulit ex Beata Isabella Regina Alphonsum ,  
qui ejus in imperio successor fuit ; & Constantiam ,  
quae uxor data est Ferdinando IV. Castellae Regi. Ex-  
tra matrimonium vero procreavit ex variis concubi-  
nis Alphonsum Sancium , qui jure Tereſiae uxoris Al-  
buquerqueum obtinuit : Petrum Comitem Barcelensem ,  
qui de Lusitanis Familiis Patritiis laudatissimum scri-  
pit opus : Mariam , que nupsit Joanni de Lacerda ,  
aliosque.*

eternamente Portugal, que deve a sua segurança, as suas riquezas, e o estado d'huma como vigorosa juventude.

T'eve ElRei D. Diniz da santa Rainha Dona Isabel dous filhos: D. Affonço, que lhe succedeo no Throno, e Dona Constança, que casou com ElRei D. Fernando IV. de Castella. Fóra de matrimonio houve em varias concubinas a D. Affonço Sanches, que por sua mulher D. Tereza foi Senhor d'Albuquerque: a D. Pedro Conde de Barcellos, que escreveo o famoso Nobiliario das Familias d'Hespanha: a D. Maria, que casou com D. João de Lacerda, e a outros.



## ALPHONSUS IV.

**A**lphonsus IV. cui ab ingenii ferocia cognomen-  
 tam est inditum, quum Alphonsum Sancium  
 notum fratrem, Regno ejectum omnibus op-  
 pidis ac redditibus, quibus a patre donatus fuerat,  
 spoliasset; ita infensum hostem deinde expertus est,  
 ut post multas in Provinciis Translagana & Trans-  
 montana acceptas clades, coactus ipse sit pacem non  
 admodum aequis conditionibus redimere.

Graves etiam inimicitias & varia bella gessit  
 cum Alphonso Castellae Rege XI. partim causa Ma-  
 riae filiae, quam meretriciis amoribus Eleonorae  
 Nuniae Gufmanae implicitus, non pro dignitate Re-  
 giae conjugis habebat gener: partim quod conatus  
 ille fuerit paetas Constantiae Principis cum filio Pe-  
 tro nuptias impedire, magis invidia, quam odio.  
 Agerrime enim ferebat Castellanus, dari Lusitano in  
 ma-



## D. AFFONÇO IV.

**E**LRei D. Affonço IV. chamado pela sua natural ferocidade o *Bravo*, teve hum Irmão bastardo por nome D. Affonço Sanches, ao qual porque o desnaturou do Reino, e despojou de todos os senhórios, e rendas que ElRei Dom Diniz seu Pai lhe tinha dado, experimentou pelo tempo adiante tão cruel inimigo; que depois de ter recebido delle grandísimos damnos nas duas Provincias d'Alemtejo, e Traz os Montes, se vio por ultimo obrigado a remir a paz, aceitando algumas condições, que lhe erão bem pouco favoraveis.

Teve tambem graves inimizades, e diversas guerras com D. Affonço Onzeno Rei de Castella: caufadas em parte de que este Rei seu genro, por andar enredado nos amores que tinha com D. Leonor Nunes de Gusmão, não tratáva com a devida decencia a Rainha sua mulher D. Maria, filha do nosso Rei: em parte porque o mesmo Rei D. Affonço Onzeno pertendia impedir o já ajustado casamento do nosso Principe D. Pedro com a Infanta D. Constança, e isto mais por inveja, do que por odio. Porque levava muito a mal o Rei

*matrimonium Principem & omnium Hispanicarum speciosissimam, & sibi olim adamatam ac desponsam. Sed vicit tandem Alphonsi nostri dexteritas, & genero frustra obsistente cum Petro filio nupsit Constantia, Joannis Emmanuelis potentissimi in Castella Principis filia, trecentis quidem millibus nummum, ac praeterea amplissimo ab eo patrimonio dotata.*

*Interea cum immensis copiis in Baeticam trajecit Halibocemus Marochii Imperator, qui in societatem belli adscito Abenbamoto Granatae Rege, totam se Hispaniam sub dominationis suae jugum missurum minabatur. Hoc audito Castellanus Rex, quum ob superiores injurias parum sibi aequum socerum arbitraretur, Mariam uxorem in Lusitaniam misit, sperans rogatu filiae carissimae promptum se auxilium ab Alphonso impetraturum. Neque vero sua eum fefellit opinio. Namque Alphonsus, ubi comperit, quanto in periculo & metu versaretur gener, non quanto maximo potuit exercitu collecto, prope ad eum adjuvandum in Baeticam perrexit. Ad Hispalim nostri & Castellani convenere. Ad Tarifam vero, quam alii Tartessum, alii Carteiam a Romanis dictam credunt, conjunctis viribus pugnatum quinto Ka-*



Castelhano, que se dêsse por mulher ao Príncipe de Portugal huma Senhora, que sobre ser a mais fermosa que então se conhecia em Hespanha, tinha sido algum tempo namorada por elle, e ajustada a casar com elle. Mas alfim tudo venceo a dexteridade do nosso Rei D. Affonso: e a pezar das contradicções que o genro armava veio o Príncipe D. Pedro a receber-se com a dita Infanta D. Constança, filha do Infante D. João Manoel, Senhor então poderosissimo em Castella, que a dotou com trezentos mil cruzados em dinheiro, e de mais a mais com hum grossissimo patrimonio.

Entre tanto Halibocem Miramolim de Marrocos passou á Andaluzia com immensas tropas, e fazendo liga com Abenhamet Rei de Granada, ameaçava sujeição a toda a Hespanha. Sabendo isto o Rei Castelhano, como por causa das injurias passadas julgasse que ElRei seu sogro lhe seria menos favoravel, mandou a Portugal sua mulher a Rainha D. Maria, esperando que esta pelo muito que ElRei seu pai a amava, alcançaria delle prompto soccorro. E não se enganou neste discurso. Porque ElRei D. Affonso, tanto que foi avisado do grande perigo, e susto, em que se achava o genro, mandou logo ajuntar o maior exército que poudo, e á testa delle marchou para Andaluzia em seu auxilio. Ajuntarão-se os nossos com os Castelhanos junto a Sevilha. E perto de Tarifa, (que huns crem que fora a que os Romanos chamáram Tartesso, outros a que chamarão Carteia) unidas as forças se deo Batalha aos Mouros no dia

*lendas Novembris anno M. CCC. XL. Atque ipso die a duobus modicis exercitibus infinita propemodum barbarorum multitudo deleta est, maxima & paricum gloria utriusque Alphonsi.*

*Haec illa victoria est, quam a Salato flumine pugnae loco nuncupatam (Salatum vero Hispani dicunt, quod Latini falsum) non profani tantum Scriptores, sed sacri etiam Fasti magnopere celebrant.*

*Obiit Alphonsus noster Olisipone, quinto Kalendas Junii, anno Domini M. CCC. LVII. aetatis LXVII. Regni XXXII. sepultusque est in maximo ipsius urbis Templo una cum uxore Beatrice, ex qua praeter Petrum Regni successorem, duas sustulerat filias: Mariam Castellae, & Eleonoram Aragoniae Reginam. Princeps per omnia laudatissimus habendus, nisi juventutem rebellionem in patrem, senectutem nurus Agnetis Castriae caede maculasset.*

*Foeminam hanc nobilissimo genere ortam, & pulchritudine insignem, post obitum Constantiae uxoris, quae illam secum ex Castella adduxerat, ita perditae deperire coepit Petrus, ut nemini jam dubium esset, quin eam ipse aliquando sibi matrimonio juncturus foret, & ubi per tempus liceret, Reginam effecturus. Haec quae Agnetis maxima fortuna*

28 de Outubro do anno de 1340. E no mesmo dia foi huma infinita multidão de barbaros desbaratada por dous pequenos exércitos com grande gloria dos dous Reis Affonços.

Esta he aquella victoria, que do rio junto ao qual se deo a Batalha, se ficou chamando do Salado: victoria muito celebrada não só nos Annaes da Historia Secular, mas tambem nos Factos das Igrejas d' Hespanha.

Faleceo o nosso Rei D. Affonço em Lisboa a 28. de Maio de 1357. aos sessenta e sete annos de sua idade, e de Reinado trinta e dous. Foi sepultado na Sé da mesma Cidade juntamente com sua mulher a Rainha D. Brites; da qual além do Principe D. Pedro que lhe succedeo no Reino, tinha havido duas filhas: a Infanta D. Maria, que foi Rainha de Castella; e a Infanta D. Leonor, que foi Rainha d'Aragão. Teria sido hum Principe digno de todo o louvor, senão manchára a sua juventude com a rebellião contra seu pai, e a sua velhice com a morte que mandou dar a sua nora D. Ignez de Castro.

Era esta huma Dama de nascimento illustrissimo, e de fermosura rara, a qual a Princeza D. Constança tinha trazido consigo de Castella. Mas depois da morte da Princeza, começou o Principe D. Pedro a amar tão perdidamente a Dona Ignez, que havendo tido já della tres filhos que estavam vivos, ninguem duvidava, que viria a casar com ella, e a fazella a seu tempo Rainha. Esta que parecia ser a maior fortuna de D. Ignez, foi

*videbatur , tribus Regni Proceribus invidiae , ipsi exitio fuit. Petrus Coellius , Didacus Lopeſius Paccus , & Alvarus Gunſalvius , Alphonſum Regem apud Montem Maiorem Veterem convenientes , poſtquam multa de Petri amoribus factioſe magis , quam ſolide diſſeruiffent , tandem ad Regem contra Agnetem inflammandum ita perorant : Agnetem diuturno pellicatu fretam , de adſequendo aliquando Reginae titulo & honore jam ſibi intus canere. Eo factō ad id potentiae ac dignitatis faſtigium perventuros ejus conſanguineos , ut e Gallaecia oriundi facile ſe ſupra omnes Luſitaniae optimates ſint elaturi. Materiam hanc demum fore aptiſſimam , unde familiis inteſtinae diſcordiae , Regno periculofum bellum creetur. Ne tanto dedecori ac diſcrimini Luſitania ſit obnoxia , oportere omnino Agnetem de medio tolli.*

*Rex prae ipſa atrocitate rei diu cunctatus , ubi perſuaſus tamen eſt , pellicatu manente ſalutem periclitari Reipublicae ; negotium dat tribus ipſis nefariis conjuratis , ut Agnetem interficiant. Quod illi quidem eadem qua ſuaſerant crudelitate , illico*

foi para tres Fidalgos da Corte motivo de inveja, e para ella occasião da sua ruina. Pedro Coelho, Diogo Lopes Pacheco, e Alvaro Gonfalves, indo ter em Monte Mór o Velho com ElRei, depois de terem discorrido largamente na sua presença sobre os amores do Principe D. Pedro com D. Ignez, por ultimo para inflammarem o animo d'ElRei contra a innocente Dama, concluem deste modo o seu mais faccioso, do que sólido razoamento: Que D. Ignez fiada no antigo, e amoroso trato que com ella tinha o Principe, já no seu interior se lisongeava, de que algum dia viria a ser Rainha: que chegando a sua fortuna a este supremo gráo de dignidade, chegarião tambem seus parentes a conseguir tamanho poder, que tendo a sua origem de Galliza virião facilmente a ficar por cima de todos os grandes Senhores Portuguezes: que esta por fim seria huma materia, donde se ateasse entre as Familias o fogo das discordias civís, e o d'huma guerra que pozesse todo o Reino em perigo: Assim que para Portugal não ficar exposto a tamanha deshonra, e risco, importava absolutamente tirar a vida a D. Ignez.

A estas razões, surprehendido da mesma atrocidade do conselho, esteve ElRei por grande espaço sem dar resposta: mas vindo todavia a persuadir-se, que a salvação do Reino perigava, se o Principe continuasse nestes amores; encarregou ultimamente aos tres malvados conjurados, que matassem a D. Ignez. O que elles com a mesma crueldade com que o tinham aconselhado, forão logo  
exe-

*exequuntur Conimbricae ad Divae Clarae , septimo Idus Januarias anno M. CCC. LV.*

*Aberat tunc Petrus venando occupatus. Qui ubi domum reversus praedilectam sibi conjugem Regis jussu gladiis confossam comperit, ( clam patre eam ille Brigantiae dudum desponderat, praesentibus Aegidio tunc Aegitaniensi Decano, postea Episcopo, & Stephano Lupato a veste ) implacabili ira & in patrem & in interfectores excandescens, advocatis in injuriae ultionem Alvaro & Ferdinando Agnetis fratribus ita gravi Alphonsum bello vexavit, ut coactus ille fuerit a victore filio pacem petere, quae sexto tandem belli mense composita est, opera praesertim Gundisalvi Pereriae Bracarensis Antistitis, maxima apud Petrum auctoritate pollentis & gratia.*

executar em Coimbra junto ao Mosteiro de Santa Clara, no dia 7. de Janeiro do anno de 1355.

Achava-se nesta occasião o Principe D. Pedro ausente na caça. O qual tanto que soube que por mandado d'ElRei seu pai tinha sido apunhalada, e morta sua amada esposa D. Ignez; (chamo-lhe já esposa, porque havia tempos a tinha o Principe recebido secretamente, assistindo a este acto Dom Gil Bispo que depois foi da Guarda, e Estevão Lobato Guarda Roupa do mesmo Principe) arden-do n'uma implacavel ira contra o pai, e contra os assassinos, chamou para o ajudarem a tomar vingança da injúria que se fizera, dous irmãos de D. Ignez, D. Alvaro de Castro, e D. Fernando de Castro: e mãocommunado com elles fez a El-Rei D. Affonço huma tão crua guerra, que o obrigou a ser elle o que lhe pedisse paz: no que o Principe conveio ao sexto mez da discordia, por mediação do Arcebispo de Braga D. Gonçalo Pereira, grande seu valido.

M

DOM



## P E T R U S I.

**U**Na eademque aetate & Petro Primo Lusitaniae, & Petro Primo Castellae Regi, odiosum Crudelis cognomentum peperit nimia in puniendo severitas. Quod ad nostrum vero adinet, patre mortuo prima ipsi cura fuit in Agnetis Castriae interfectores animadvertere. Paetus itaque cum eodem Castellae Rege Petro mutuum insigniorum reorum traditionem, Petro Coellio & Alvaro Gunsalvio ea ratione comprehensis, (nam Paccecus a mendico, cui stipem erogare solebat, praemonitus fuga sibi consulerat) uni quidem a pectore, alteri a tergo corda avelli jussit, & utriusque corpora concremari, se spectante.

Postea Agnetis cadaver ex Conimbricensi Sanctae Clarae Monasterio in Cocnobium Alcobaticense transferendum curavit inaudita pompa, inauditaque Procerum, Antistitum, & Sacerdotum frequentia. Nam via ad septuaginta fere passuum millia protensa continui hinc inde dispositi praestabant cum cereis, per quos





## D. PEDRO I.

**A**Dous Reis Pedros Primeiros hum de Portugal, outro de Castella, ambos contemporaneos, deo a demasiada severidade em castigar delictos o odioso sobrenome de *Crueis*. Pelo que toca ao nosso, tanto que ElRei seu pai morreo, foi o seu primeiro cuidado tomar vingança dos matadores de D. Iñez de Castro. Ajustou pois com ElRei de Castella a reciproca entrega dos réos mais facinorosos. Deste modo vindo-lhe ás mãos Pedro Coelho, e Alvaro Gonçalves, (porque Diogo Lopes Pacheco avisado por hum mendigo, a quem costumava dar esmola, soube pôr-se em salvo) a hum mandou arrancar o coração pelo peito, a outro pelas costas, e queimar depois os seus corpos, estando ElRei mesmo vendo a execução de tudo.

Depois mandou que o corpo de D. Iñez de Castro fosse trasladado do Mosteiro de Santa Clara de Coimbra para o de Alcobaça, com huma pompa inaudita, e com hum concurso de Fidalgos, de Bispos, e de Sacerdotes nunca antes visto. Porque em todas as desafete legoas que ha de Coimbra a Alcobaça, havia d'huma, e outra parte

quos medios longissimo atque adparatissimo ordine procederent, qui funus comitabantur. Ubi Alcobatiam peruentum est, impositam feretro & coronatam, osculata dextra Reginam omnes sunt protestati. Recondendo autem corpori praeparatum erat adfabre elaboratum ex alabastrite lapide Mausoleum anaglyptico opere, desuper insculpta Agneis imagine ad vivum expressa cum corona.

Petri igitur non aliud notatur vitium, quam extrema in criminibus puniendis severitas, quae proxime quandoque visa sit ad saevitiam accedere, nulla sive plebeorum, sive nobilium differentia.

Familiarem sibi percarum castrari iussit, quoniam in suspicionem venerat impudicae consuetudinis cum uxore cujusdam Praetoris.

Iussit & cuidam apud Interamnenses domi nobili cervicibus caput abscindi, quod dolio pauperis agricolae praeciderat vincula.

Scribam qui libras undecim in thesaurum inferendas absente quaestore acceperat, laqueo confracta gula fecit perire.

Quum praeconem iudicis nomine sibi ablata pignora denuntiantem, quidam e patriciis evulsa etiam barba pugno obtudisset, clamitans quasi maiestatis reum jugulari praecepit.

Sontes omnes eo odia prosequeretur, ut siqui  
for-

te homens com tóchas accefas , pelo meio dos quaes hião as andas , e o acompanhamento. Chegado este a Alcobaça , pozerão o corpo no feretro com coroa na cabeça , e todos beijando-lhe a mão direita a protestárão Rainha. Estava preparado para a depositarem hum Mausoléo d'alabastro primorosamente lavrado com muitas figuras de baixo relevo , em cima do qual se via , e se vê esculpida ao natural a imagem de D. Ignez coroada.

Não se nota pois em ElRei D. Pedro outro algum vicio , que o de hum extremo rigor no castigar dos crimes , que algumas vezes parecia chegar a ser sevicia ; no que elle não guardava differença , nem de plebêos , nem de nobres.

Mandou castrar hum seu domestico , que muito amava , por suspeitar que elle tinha trato illicito com a mulher de hum Corregedor.

Mandou tambem cortar a cabeça a hum Fidalgo d'Entre Douro , e Minho , por ter cortado os arcos d'huma pipa a hum pobre lavrador.

Fez dar garrote a hum seu Escrivão , porque sem estar presente o Thesoureiro recebera onze libras.

Vindo o Porteiro por ordem do Juiz fazer pinhora a certo Fidalgo , este lhe deo huma punhada , e depennou as barbas. O que ElRei sentio tanto , quando o soube , que como se aquelle Fidalgo em offender o Porteiro tivesse defacatado sua Real pessoa , o mandou degollar.

Tinha tal odio a todos os malfeitores , que se por acaso succedia trazerem-lhe algum á sua  
pre-

forte comprehensi in conspectum ejus venissent, facere non posset, quin ipse quandoque percuteret.

Interea multa sanxit & publicae tranquillitati firmandae, & recte administrandae justitiae saluber-  
rime.

Causidicos, utpote qui maximo partium damno fraudibus & cavillis lites alerent, & nimium quantum producerent, nullos esse jussit.

Magistratus muneribus corrumpi se passos, non solum morte, sed etiam bonorum publicatione multavit.

Sive in Palatio jus diceret, sive in Curia judicantibus praesset, hunc perpetuo volebat teneri ordinem, ut quicumque libellos porrexissent, iis eodem die, summum sequente, convenientibus rescriptis fieret satis.

Provincias solebat quasi juri dicundo identidem obire, siquid coercionem desideraret, prompte emendaturus vel sublaturus.

Tam autem erat in malos & sceleratos asper, quam in bene moratos ac strenuos liberalis. Quum se vestirent, monere solebat familiares, ut zonam sibi relinquerent quam laxissimam, ne constrictis brachiis confrietae etiam manus remanerent. Quotannis pluri-  
mos sibi ex argento scyathos & crateres fieri jube-  
bat, gemmas etiam omnis generis parari, quibus pro tempore benemeritos impertiret. Ingenuorum inul-  
tos,

preferença, não se podia ter, que elle mesmo lhe não pozesse as mãos bem rijas.

Entre tanto forão muitas, e muito faudaveis as ordenações que publicou, para segurar tanto o socego público, como a boa administração da justiça.

Mandou que não houvesse Advogados alguns, por assentar que não fervião, senão de fomentar demandas, e de as prolongar com as suas fraudes, e cavillações em grandissimo prejuizo das partes.

Os Magistrados que se deixavão corromper pelo suborno das dadas, castigava-os não só com pena de morte, mas tambem com a de confiscação de bens.

Ou desse audiencia em Palacio, ou presidisse aos do seu Desembargo, queria que se guardasse sempre este modo de proceder: que todos os Requerimentos que se offerecião, fossem despachados com os competentes Rescriptos naquelle mesmo dia, ou a muito tardar no seguinte.

Tão áspero porém era com os máos, e criminosos, como liberal com os bem morigerados, e de valor. Quando o vestião, costumava dizer aos seus Guarda-Roupas, que lhe deixassem a petrina bem larga, para não succeder que apertados os braços, lhe ficassem tambem apertadas as mãos, que elle queria ter bem desembaraçadas. Todos os annos mandava fazer muitos cópos, e taças de prata, e ajuntar muitas joyas, a fim de ter nas occasiões com que premiar os benemeritos. A muitos

tos, ne inopia pressi a maiorum virtute degenerarent, annuo censu ab ipsis incunabulis adjuvit.

His occupatum mors abstulit Stremotii decimo quinto Kalendas Februarii, anno M. CCC. LXVII. quum vixisset annos fere XLVII. regnasset X. Inde Alcobatiam delatus, in magnificum ex alabastrite sepulcri monumentum, quod vivens sibi construi iusserat, reconditus fuit prope conjugem Agnetem.

De hoc Rege scriptum in vetustis Monumentis invenitur, quum jam in eo esset, ut sepeliretur, meritis & precibus Beati Bartholomaei Apostoli, quem impensius coluerat, excitatum eum fuisse a mortuis, & facta confessione peccati, quod vivus per oblivionem praetermisisset, iterum obiisse.

Idem morti proximus declaravit, compertum sibi, Didacum Lopesium Paccecum innocentem esse a caede Agnetis Castriae; oportere proinde e Castella profugum revocari, eique bona omnia ablata restitui: quod ad amissum postea Rex Ferdinandus executus est.

Suscepit Petrus ex priore uxore Constantia Ferdinandum, qui post eum regnavit; & Mariam, quae nupsit Ferdinando Aragonio, Alphonsi Quarti Regis filio.

Ex altera uxore Agnete suscepit Joannem, Dio-  
ny-

tos filhos de gente nobre, para que com a pobreza não degenerassem da honra, e virtude de seus ascendentes, consignava des do berço suas Tenças annuas.

Occupado nestas obras o arrebatou a morte na Villa d'Estremoz a 18. de Janeiro de 1367. tendo vivido perto de quarenta e sete annos, e reinado dez. Dalli foi levado a Alcobaça, onde jaz enterrado junto á Rainha D. Ignez, n'hum magnífico sepulchro d'alabastro, que em sua vida mandára fazer para si.

Deste Rei se acha escrito em Memorias antigas, que quando já estava para ser sepultado, resuscitára pelos merecimentos, e orações do Apóstolo São Bartholomeo, de quem fora especial devoto; e que depois de se ter confessado de certo peccado, que antes lhe tinha esquecido, tornára a espirar.

O mesmo estando proximo á morte declarou, que elle sabia, que Diogo Lopes Pacheco estava innocente na morte de D. Ignez de Castro; e por isso mandava, que lhe fossem restituídos todos os seus bens, e elle ao Reino, donde andava fugitivo. O que tudo cumprio depois ElRei D. Fernando á risca.

Teve ElRei D. Pedro de sua primeira mulher D. Constança a D. Fernando, que reinou depois d'elle; e a D. Maria, que casou com Dom Fernando Infante d'Aragão, filho d'ElRei Dom Affonso IV.

Teve da segunda mulher D. Ignez a D. João,

nysium, & Beatricem. Ex quibus Joannes uxorem duxit Mariam Telleffiam Menesiam, sororem ipsam Eleonorae Telleffae Reginae, quo ex matrimonio natus est Ferdinandus Decius, clarissimae olim apud nos, nunc vero ignobilis & pene oblitteratae gentis pater. Dionysius indecorum sibi ducens Eleonorae Telleffae Reginae dextram adorare, in Castellam aufugit, ubi uxorem sortitus est notham filiam Henrici Regis Secundi. Beatrix in matrimonium data Sancio Albuquerquo, Alphonsi Undecimi Castellae Regis filio itidem notho, multiplicem ex eo ac nobilissimam prolem edidit.

Denique ex nobili pellice Terefia Laurentia procreavit Rex Petrus Joannem Avisiensis Ordinis Magistrum, qui post Ferdinandum Lusitaniae imperavit.



D. Diniz, e D. Brites. Destes o Infante D. João casou com D. Maria Telles de Menezes, irmã da Rainha D. Leonor Telles; do qual matrimonio nasceo D. Fernando Deça, Tronco de huma Familia, que tendo sido entre nós das primeiras, hoje comtudo tem pouco nome, e está a sua memoria quasi apagada. D. Diniz, por julgar que lhe era indecoroso beijar a mão a huma Rainha, como D. Leonor Telles, fugio para Castella, e lá casou com huma filha bastarda d'ElRei D. Henrique II. D. Brites foi mulher do Conde D. Sancho d'Albuquerque, filho tambem bastardo d'ElRei D. Affonso Onzeno de Castella, do qual heuve grande, e nobilissima geração.

Finalmente d'huma manceba nobre chamada D. Teresa Lourenço, teve o nosso Rei D. Pedro o Mestre d'Aviz D. João, que depois d'ElRei D. Fernando veio a ser tambem Rei de Portugal de gloriosa memoria.



## FERDINANDUS I.

**F**erdinandus una cum Regno immensus opes  
 nactus, ita imprudenter prosperitate ipsa usus  
 est, ut initio quidem ditissimus ac potentissi-  
 mus, ad extremum nulla magna re edita, pauper  
 & contemptui habitus decesserit. Nam qua animi le-  
 vitate laborabat, & multa bella inconsiderate ac  
 cum dedecore gessit; & pactis ac promissis stare ne-  
 scius, multos sibi Principes reddidit infensissimos.

Anno igitur M. CCC. LXIX. Petro Castellae Re-  
 ge apud Monticellum ab Henrico notho fratre interem-  
 pto, in spem veniens Ferdinandus tanti Regni potien-  
 di, pactus cum Petro Aragoniae Rege filiam se Eleo-  
 noram in matrimonium ducturum, Henricum bello ad-  
 greditur. Cujus quidem indicendi acres Ferdinando  
 auctiores fuerant multi Castellanos Procerum, qui  
 sive metu, sive ambitione se in Lusitaniam conferentes,  
 sperabant plus se apud Ferdinandum, quam apud



## D. FERNANDO I.

**E**LRei D. Fernando tendo herdado com o Reino immensas riquezas , usou tão imprudentemente desta prosperidade , que sendo a principio muito opulento , e possante , por ultima sem ter feito cousa alguma grande , veio a acabar pobre , e tido em pouca conta. Porque levado da sua natural inconstancia , empredeu muitas guerras sem consideração , e com menoscabo da sua honra ; e como não sabia guardar palavra , tornou seus adversarios muitos Principes.

Morto pois em Montiel ElRei D. Pedro I. de Castella ás mãos de seu irmão bastardo D. Henrique ; (o que foi no anno de 1369.) entrou ElRei D. Fernando na esperança de senhorear aquelle Reino. Para nesta empreza ter por alliado a ElRei D. Pedro Quarto d'Aragão , ajustou casar com a Infanta D. Leonor sua filha , e declarou guerra ao novo Rei de Castella D. Henrique II. Para a qual declaração de guerra o incitárão fortemente muitos Fidalgos Castelhanos , que retirando-se a Portugal , ou por medo , ou por ambição , esperavão ter maior cabimento com ElRei D. Fernando , do que com ElRei D. Henrique. Rota a guerra fo-

Henricum gratia valituros. Multis utrinque acceptis cladibus, (nam Ferdinandus Tuden, Auriam, Rotundelam, aliaque Callaeciae oppida suae ditioni subdidit; Henricus vero captis Bracara & Brigantia, Vimarannum etiam expugnare tentavit) bello tandem finis est impositus interventu novarum nuptiarum. Quippe repudiata Eleonora Aragonia, Eleonoram alteram Henrici filiam se desponsuram promittebat Ferdinandus. Quod similiter effectu caruit, nova infidelitate novo se bello implicante Ferdinando.

Nam graviter commotus Henricus, quod cum Joanne Alencastrii in Anglia Duce, acerrimo competitore suo & hoste societatem coierat Ferdinandus; (jure scilicet Constantiae uxoris occisi Regis Petri filiae Castellani Regnum ad se pertinere Joannes contendebat) infestis signis in Lusitaniam irrumpit: totaque fere Beriensis Provincia in suam potestatem redacta, victor tandem Olisiponem obsidet, & non multo post capit. Et erat sane bellum nobis multo saevius ac diuturnius futurum, nisi Romani Pontificis Gregorii Undecimi opera per Cardinalem Bononiensem inclinatis ad pacem animis, conventum apud Scalabim foret, ut ad invicem restitutis quae sibi alter alteri abstulerat, uterque Rex ab armis discederent.

forão muitas, e grandes as perdas, que de parte a parte se experimentarão. Porque D. Fernando tomou Tuy, Orense, Redondela, e outras Villas de Galliza; D. Henrique tomou Bragança, e Braga, e intentou também conquistar Guimarães. Poz-se fim a esta guerra nò anno de 1371. ajustando-se outro novo casamento. ElRei D. Fernando repudiada a Infanta d'Aragão D. Leonor, prometteo a ElRei D. Henrique, que casaria com a Infanta sua filha do mesmo nome. O que da mesma sorte também não teve effeito, por ElRei D. Fernando com huma nova infidelidade se enredar n'outra nova guerra.

O caso foi, que ElRei D. Henrique estimulado de ver, que o nosso D. Fernando fizera liga com João Duque de Alencastre em Inglaterra, acerrimo competidor, e inimigo seu, (porque por sua mulher D. Constança filha do assassinado Rei D. Pedro, pertendia o Duque que a elle he que tocava o Reino de Castella,) entrou com o seu exército por Portugal: e tendo rendido á sua obediencia quasi toda a Provincia da Beira, por ultimo sitiou Lisboa, e dentro de pouco tempo a tomou. E na verdade hevera esta guerra de ser para nós muito mais cruel, e muito mais prolongada, senão fora, que por diligencia do Papa Gregorio Undecimo, que a isso mandou o Cardeal de Bolonha, se inclinárão os animos á paz, e se ajustou em Santarem, que restituído de parte a parte tudo, o que hum a outro tinha tirado, largásem ambos os Reis as armas.

Mas

*Sed rursus a Ferdinando cum Anglis foedere renovato, tertium inter illum & Henricum exarsit bellum. Pro quo sedando dum solita levitate utitur Ferdinandus, Anglos ipse foederatos graviter offendit. Nam inconsulto Comite Cabricensi Joannis Alencastrii Ducis fratre, qui cum auxiliari classe ex Anglia venerat, pacem certis conditionibus cum Henrico transegit. Quae res Anglorum animos multum a Ferdinando alienavit.*

*Quantas interea opes in tot vana atque inutilia absumpserit Ferdinandus, ex eo facile aestimari potest: quod initio pro Eleonora Aragonia in Lusitaniam deducenda, septem navium classẽm splendidissimo apparatu instrui jussit: quarum navium illa, quae praetoria dicebatur, utpote Regiae Sponsae deducendae destinata, ita compta erat, ut vela ejus omnia essent e serico. Ferebat autem tradendas Regi ingentes pecuniarum summas, partim datas mutuas, partim gratis oblatas: Regiae vero sponsae tradenda, praeter coronam ex solido auro margaritis distinctam, pretiosissimamque dactylotecham, infecti auri talenta septuaginta duo.*

*Rursus aliquanto post ad ipsum Petrum deferenda dedit Ferdinandus quatuor millia auri pondo,*

Mas como quer que ElRei D. Fernando segunda vez se tornasse a alliar com os Inglezes, resultou daqui atear-se terceira guerra entre elle, e ElRei D. Henrique. Para atalhar os progressos da qual havendo-se ElRei D. Fernando com a sua costumada inconsideração, diffaboreou não pouco os seus confederados. Porque sem dar parte disso ao Conde de Cabrix, irmão do Duque d'Alencastro, que em seu soccorro viera a Portugal com huma armada, capitulou com o Rei Castelhana as condições da paz, que a hum, e outro parecerão convenientes: cousa que alienou muito do nosso Monarca os animos dos Inglezes.

Quão grandes fossem entre tanto os thesouros, que ElRei D. Fernando consumio em tantas empresas vãs, e inuteis, daqui se póde com facilidade fazer o seu cálculo: que he, que no principio para a Infanta d'Aragão ser conduzida a Portugal, mandou ElRei equipar huma luzida armada de sete galeras; das quaes a capitania, por ser a em que havia de vir a Infanta, hia tão louçã, que todas as suas vélas erão de seda. E levava esta galera para ElRei D. Pedro grandes sommas de dinheiro, humas emprestadas, outras dadas: e para a Real Noiva, além de huma Coroa de ouro massiço toda brincada de pedras preciosas, e huma caixa de ricos anneis, e outras joyas, dezoito quintaes d'ouro em barra.

Passado algum tempo segunda vez remetteo ElRei D. Fernando a ElRei D. Pedro de Aragoão quatro mil marcos d'ouro, que são sessenta e duas

*pro certo equitum mittendo numero, qui sibi ad bellum opus erant. At Petrus Ferdinando jam tum ob filiam repudiatam parum aequus, aurum quidem accepit, quinimo a Lusitano negotiatore quodam Alphonso Dominguo Barrerio per vim extorsit; equitum vero turmas nullas in Lusitaniam remisit, quasi infidelitatem infidelitate vindicaturus.*

*Nequis autem miretur, tantas opes comparari & coaccervari potuisse a superioribus Regibus nostris, & nondum detecta India vel America, & Lusitania perquam angustis limitibus coarctata; sciat, Ferdinando ubi primum Regni gubernacula suscepit, ex uno Olisiponensis arcis thesauro obvenisse aureorum nummulum octingenta millia, argenti vero quadraginta millia pondo; praeter ingentes alios auri argenti-que, tum signati, tum facti acervos, gemmarum etiam infinitam vim, quae diversis aliis in locis adservabantur. Sciat praeterea, fuisse pleraque haec exportariis maxime collecta, onerariis navibus quotannis aetate illa portus nostros adire solitis plusquam quadrigentis; idque non semel annis singulis, sed iterum ac tertio, & nonnumquam saepius.*

*Verum ut eo unde digressi sumus revertamur, nulla re magis Hispanorum Principum animos exasperavit Ferdinandus, nullaque maiorem sibi invidiam*



arrobas, a fim de que por aquella somma lhe mandasse certo número de tropas de cavallo, de que necessitava para a guerra. Mas ElRei D. Pedro, que por causa do repudio de sua filha era já pouco inclinado ao nosso, aceitando o dinheiro, ou para dizer toda a verdade, tirando-o por força a certo Negociante Portuguez chamado Affonço Domingues Barreiro, não mandou a ElRei D. Fernando cavallos alguns, como quem queria vingar huma infidelidade com outra infidelidade.

E para que ninguem se admire, como poderão os nossos Reis passados ajuntar, e amontoar tantas riquezas, quando ainda não estava descuberta a India, nem a America, e sendo Portugal hum Reino de pequena extensão: saiba, que só no thesouro do Castello de Lisboa achou ElRei Dóm Fernando quando entrou a governar, oitocentos mil cruzados em moedas de ouro, e quarenta mil marcos de prata; afóra outros grandes depósitos de ouro, e prata, assim amoedados, como em peças, e huma infinidade de joyas, que se guardavão noutros lugares. Saiba outrosim, que a maior parte deste cabedal sahia dos direitos que se pagavão nas Alfandegas em tempo; que de ordinario entravão nos nossos portos mais de quatrocentos navios de carga; e isto não huma só vez no anno, mas duas, e tres, e quatro.

Mas voltando ao assumpto, de que nos temos algum tanto divertido, nenhuma cousa azeudou tanto os animos dos Principes que reinavão em Hespanha, e nenhuma assim malquistou a El-

conflavit apud suos , quam quum tot spretis Regiis virginibus Eleonoram Tellestam Menesiam , dudum Joanni Laurentio a Cunia nuptam , & jam semel ab illo matrem factam , captus mulieris sive pulchritudine , sive procacitate , viro raptam sibi matrimonio copulavit apud Leciam anno M. CCC. LXXII. ingentis profecto animi foeminam , & patre quidem Martino Alphonso Tellesto , matre Aldonfa Vasconcellia a maiorum gentium Patriciis originem trahentem : Sed quae multum interea abesset ab eo dignitatis gradu , in quo illam Rex possset sine dedecore & infamia ducere.

Eleonora ubi se videt non Reginam tantum , verum Regii etiam spiritus Arbitram , rata non defuturos e Proceribus multos , qui tantae fortunae suae insidiarentur : primum nobilissimum ac potentissimum quemque falsis delationibus Regi suspectos reddere : deinde Joanni ac Dionysio Regis fratribus ex Agneta Castris susceptis , a quibus potissimum metuebat sibi , maxima qua poterat ope perniciem machinari : postremum utroque in Castellam fugato , cum marito Rege agere , ut fratres , & fratrum filii , & quicumque sibi consanguinitate vel adfinitate aliqua conjuncti essent , splendidissimis honorum Titulis & amplissimis Praefecturis ornarentur augerenturque.

Rei D. Fernando, como quando elle desprezando tantas Noivas filhas de Reis, e Donzellas, namorado não fei se da belleza, se da desenvoltura da pessoa, se recebeu em Leça no anno de 1372. com D. Leonor Telles de Menezes, tirando-a por força a D. João Lourenço da Cunha, com quem estava casada, e de quem tinha já hum filho. Era D. Leonor huma Senhora de grandissimos espiritos, e pelo feo nascimento huma das primeiras Fidalgas do Reino, como filha de D. Martinho Affonço Telles, e de D. Aldonça de Vasconcellos sua mulher. Mas com tudo isso estava muito distante daquelle gráo de dignidade que convinha, para hum Rei poder casar com ella sem desdouro, nem labéo.

Tanto que D. Leonor Telles se vio não só Rainha, mas também senhora absoluta do espirito d'ElRei, havendo que não faltarião muitos Fidalgos, que por inveja armassem traições a huma tamanha fortuna como era a sua: a primeira cousa em que cuidou foi, malquistar, e fazer suspeitos a ElRei por meio de calúrnias, todos os que ella conhecia por mais illustres, e poderosos: depois passou a ver, como poderia arruinar os dous Infantes D. João, e D. Diniz filhos de D. Ignez de Castro, que erão os de quem mais se temia: por ultimo tendo conseguido, que ambos se ausentasssem para Castella, começou a negociar com ElRei seu marido, que honrassse com os mais brilhantes Titulos, e acrescentasse com os maiores cargos todos seus irmãos, sobrinhos, e parentes.

Ar-

*Hoc vero necessariorum-quasi satellitio obarmata nihil non audebat foemina astuti in primis & turbulenti ingenii; praecipuo quidem ad saevissima quaeque perpetranda Administro utens Joanne Fernandio Auderio, Callaeco homine, & ipsius Eleonorae opera Oremiensi Comite jam creato; quocum adeo familiariter conversata est, ut multis quidem stupri etiam suspicionem injecerit non levem.*

*Unam omnino ex Eleonora Regina filiam sustulit Ferdinandus nomine Beatricem, quae vix nubilis anno M. CCC. LXXXIII. data uxor est Joanni I. Castellae Regi, Henrici nothi filio.*

*Extremum hoc Ferdinandi operum fuit. Nam eodem illo anno, undecimo Kalendas Novembris Olysipone migravit e vita, annos natus XLIII. atque ex his sexdecim regno potitus. Jacet Scalabi apud Sanctum Franciscum, quod ille Coenobium condiderat, unum cum matre Constantia.*

*Coelebs adhuc ex concubina procregrat Ferdinandus Isabellam, quae in matrimonium copulata Alphonso Comiti Guijenensi, Henrici secundi Castellae Regis notho itidem filio, mater extitit Noronianae Gentis nobilissimae atque inclitissimae, cujus hodie in Lusitania Princeps est Petrus de Noronia, tertius Mar-*

Armada assim da respeitavel roda , e poder dos seus , não havia coufa , a que se não avançasse a Rainha , como mulher que era de grande affluencia , e de genio turbulento. E o principal instrumento de que se valia para levar ao fim as suas terribilidades , era D. João Fernandes Andeiro , Fidalgo Gallego , que por via de D. Leonor se achava já feito Conde de Ourem. Com o qual teve a Rainha tão familiar trato , e tão intimo , que deo motivo , a que muitos sentissem mal da sua honra.

Não teve ElRei D. Fernando da Rainha Dona Leonor mais do que huma filha , que foi a Princeza D. Brites , a qual d'onze annos foi dada por mulher a ElRei D. João I. de Castella , filho d'ElRei D. Henrique II. o bastardo , no anno de 1383.

Foi este casamento a ultima obra que fez ElRei D. Fernando. Porque no mesmo anno faleceo nos Paços do Castello de Lisboa , a 22. d'Outubro , contando de idade quarenta e tres annos , e de Reinado defaseis. Jaz no Convento de S. Francisco de Santarem , que elle fundára , junto a sua mãe a Princeza D. Constança.

Sendo ainda solteiro teve ElRei D. Fernando d'huma concubina a D. Isabel , que casando com D. Affonso Conde de Gijon , filho tambem bastardo d'ElRei de Castella D. Henrique II. veio a ser mãe da illustissima , e inclitissima Gente dos Noronhas , da qual hoje em Portugal he o primeiro Representativo D. Pedro de Noronha , ter-  
cei-

*chio Angegiensis ; propagines vero Domus Marchionum Mariakvensium , Domus Comitum Arcuensium , & Domus Comitum S. Laurentii.*

*Leges tulit non paucas Reipublicae utilissimas. Potentiorum domos asyli jure exuit. Olisipone Censores creavit duos , Stephanum Vasquesium , et Alphonsum Furtadum , qui in singulorum civium mores rationemque vivendi diligenter inquirerent : notatos vinculis coercerent. Qui integra valetudine stipem emendicarent , hos verberibus caedi jussit. Olisiponem atque Eboram muro vallavit.*

ceiro Marquez d'Anjeja; Ramos a Casa dos Marquezes de Marialva, a Casa dos Condes dos Arcos, a Casa dos Condes de São Lourenço.

Publicou ElRei D. Fernando não poucas Leis em grande utilidade da Republica. Descoutou as casas dos Grandes, para não poderem ser asylo aos malfeitores. Creou em Lisboa dous Enqueredores dos costumes, e modo de vida de cada Cidadão, para que achando que algum era escandaloso, o mettessem na cadeia, e o entregassem depois á Justiça para o castigarem. Erão estes Enqueredores dous Fidalgos da Casa d'ElRei, por nomes Estevão Vasques, e Affonço Furtado. Mandou que fossem açoutados todos aquelles, que tendo forças, e boa faúde, se achassem mendigando pelas portas. Cercou de muros a Cidade de Lisboa, e a d'Evora.



# JOANNES I.

**J**oannes Avisiensis Ordinis Magister, Petri Regis ex concubina filius, magis sua virtute & Optimatum favore, quam jure sanguinis Regnum obtinuit. In quo sane difficillimo negotio praecipui ei adjutores fuere duo aetate illa viri clarissimi, Nunus Alvaresius Pereria, & Joannes de Regulis; quorum ille auctoritate, hic prudentia juris plurimum apud omnes valebat. Nam duobus his maxime debuit Magister Avisiensis, quod exclusis vitio natalium tum Joanne ac Dionysio Agnetis Castriae filiis, tum Beatrice filia Eleonorae Tellesiae, quasi defectu legitimi heredis vacaret, Regnum praelatus competitoribus omnibus ipse fuerit, cujus videlicet prae ceteris spectatum meritum erat, & virtus probata.

Primus Joanni ad Principatum gradus extitit caedes Comitis Anderii, quem intra ipsum Palatium





## D. JOÃO I.

**D.** João Mestre da Ordem d'Aviz , filho bastardo d'ElRei D. Pedro , alcançou o Reino mais pelas suas boas partes , e pelo favor dos Grandes , do que pelo direito do Sangue. No qual escabrosíssimo negocio forão seus principaes coadjutores dous illustres Personagens daquelle tempo , D. Nuno Alvares Pereira , e o Doutor João das Regras ; aquelle com a sua grande authoridade , este com as suas muitas Letras em Direito. Porque a estes dous homens , mais do que a nenhuns outros , deveo o Mestre d'Aviz , que excluidos como bastardos os Infantes D. João , e D. Diniz filhos de D. Ignez de Castro , e a Rainha de Castella D. Brites filha de D. Leonor Telles ; e dado assim o Reino por vago por falta de successor legitimo ; ( nestes presupostos se fundou o Arrazoado de João das Regras , que servio de Base ás Cortes de Coimbra ) fosse elle Mestre d'Aviz preferido a todos , como quem pelas mostras que tinha dado da sua virtude , e valor , foi julgado o mais digno , e o mais capaz.

O primeiro degráo por onde D. João subio ao Throno , foi a morte que deo ao Conde João

*Olisiponense pugione adgressus vulneribus confecit. Quo facinore Joannes usque adeo sibi popularium conciliavit animos, ut Eleonora Regina, quae Ferdinando Rege adhuc vivente perdere illum saepe saepius intenterat, exultantis ac tumultuantis multitudinis impetum verita, primum Alenquerium, deinde Scalabim proripuerit sese; tandemque desperata sua & generi Regis causa, in Castellam Turdesillias aufugerit. Interea Joannes, utpote in quem omnium fere studia propendebant, primum quidem Olisipone publicae libertatis Adsertor dictus, deinde vero Conimbricae pridie Nonas Aprilis anno M. CCC. LXXXV. in generali Procerum, Antistitum, & Populi Conventu Rex designatus, brevi quam de se omnes conceperant spem, re ac verbo confirmavit.*

*Vix dum Rex factus Comitem (ut vocant) Stabuli, Maximumque Palatii Oeconomum creavit Nunum Alvaresum Pereriam Alvari Gonsalvii Pereriae Rבודiensis Ordinis in Lusitania Antistitis filium,*

*Competitorem Regni in Joanne Primo Castellae Rege nactus acerrimum, exercitum ejus bis adtrivit: semel quidem ad Trancosum oppidum per strenuissimos duces Joannem Fernandium Paccecum, & Gundisalvum Vasquesium Cotignium, & Martinum Vasquesium a Cunia: iterum per se ad oppidum Aljubarrotam. Quo quum obsessa interim Olisipone, Caf-*

Fernandes Andeiro, apunhalando-o em Lisboa dentro do mesmo Paço. Com a qual façanha desta forte attrahio o Mestre para si os animos do Povo, que a Rainha D. Leonor Telles, a qual em vida d'ElRei D. Fernando intentára por vezes perdello, temendo o alvoroço, e tumulto da plebe de Lisboa, se retirou primeiramente para Alemquer, depois para Santarem; e por ultimo desfeperada do bom exito da sua causa, e da d'ElRei seu genro, fugio para Turdefilhas em Castella. Entretanto D. João para quem propendião as inclinações de quasi todos, tendo sido aclamado primeiro em Lisboa Defensor da pública Liberdade, depois nas Cortes de Coimbra Rei de Portugal; (forão ellas celebradas no dia 6. d'Abril, do anno de 1385.) em breve confirmou por obras, e palavras as esperanças, que todos tinham concebido da sua pessoa.

Apenas feito Rei, quando logo creou Condestavel do Reino, e seu Mordomo Mór, a Dom Nuno Alvares Pereira, filho de D. Alvaro Gonçalves Pereira Prior do Crato.

Era seu fortissimo competidor ElRei D. João I. de Castella, cujo exército duas vezes foi derrotado pelo nosso, que tambem se intitulava Rei D. João I. de Portugal: a primeira junto a Trancolo, por meio dos seus fortissimos Capitães João Fernandes Pacheco, e Gonçalo Vasques Coutinho, e Martim Vasques da Cunha: a segunda por si junto a Aljubartota. Ao qual lugar, posta entrementes de cerco Lisboa, como tivesse chegado o Rei

tellanus cum octo millibus equitum, totidemque sagittariorum, & peditum quindecim millibus pervenisset: ubi utraque acie instructa datum ad pugnam signum est, ita impigre nostri praesentia atque voce adhortantis Regis inflammati, conseruere manus; ut tribus partibus inferiores numero, intra semiboram aliis hostium caesis, aliis in fugam actis, sibi cum victoria opimam praedam, Regi coronam, Lusitano nomini immortalem famam compararint, pridie Idus Augusti, Regis ipsius natali die, anno M. CCC. LXXXV.

Accessit paullo post ad gloriae cumulum tertia victoria, quam ad Vallem Viridem Baeticae oppidum, ductore Nuno Alvaresio Pereria, de Castellanis reportarunt nostri. Quem Numum propterea Oremiensi Comitatu jam donatum, altero nunc Barcellesi Reauxit.

Posthaec de uxore ducenda jam cogitans, cum Joanne Alencastrii Duce isto foedere, anno M. CCC. LXXXVII. minorem e duabus ejus filiis despondit Philippam ex qua liberos suscepit & numero bene multos, & rebus postea temporis praeclare gestis laudatissimos. Nempe Eduardum, qui post eum regnavit: Petrum; qui Alphonso Rege puero Lusitaniae suprema Administratione functus est, Regis ipsius patruus & socer: Henricum, detectis Atlantici Maris insu-

Rêi Castelhano com oito mil cavallos, outros tantos bésteiros, e quinze mil infantes: tanto que formados ambos os exercitos se deo final para a batalha, foi tal a valentia com que os nossos inflammados com a presença, e fallá do seu novo Rei, se travarão com os inimigos; que sendo tres partes menos em número, dentro de meia hora a huns derão a morte, a outros pozerão em fugida: e por ultimo alcançarão para si com a victoria huma rica preza, segurarão ao seu Rei a coroa, e grangearão para o nome Portuguez huma fama immortal, no dia 14. de Agosto do assima dito anno de 1385.

Acresceo pouco depois para cumulo de tanto esplendor terceira victoria, que foi a que os nossos alcançarão dos Castelhanos junto a Valverde na Andaluzia, sendo seu General D. Nuno Alvares Pereira. Ao qual por isso deo ElRei agora o Condado de Barcellos, sobre o d'Ourem de que já antes lhe tinha feito mercê.

Depois disto cuidou ElRei em se casar. E no anno de 1387. tendo celebrado hum Tratado de alliança com João Duque d'Alencastre, filho d'ElRei Duarte III. de Inglaterra, tomou por mulher a mais moça de duas filhas que o Duque tinha, chamada D. Filippa, da qual houve muitos filhos, que todos sahirão grandes Principes. A saber: Dom Duarte, que reinou depois d'elle: D. Pedro que na menicidade d'ElRei D. Affonso V. de quem foi tio, e sogro, teve a suprema Regencia de Portugal: D. Henrique Mestre da Ordem de Chri-

*lis nemini non celebratum: Joannem, Magistrum Ordinis S. Jacobi, qui ex Isabella Alphonsi nobis fratris filia sustulit Beatricem, per eamque avus fuit Eleonorae Reginae, & Regis Emmanuelis: Ferdinandum, Avisiensem Ordinis Magistrum, qui apud Tingim a Mauris captus interiit: Isabellam denique, Philippi Burgundiae Ducis & Flandriae Comitis uxorem, qui ipso nuptiarum die honoris ergo Militarem Aurei Velleris Ordinem instituit.*

*Suscepit praeterea ex nobili pellice Agnete Peresia seu Peresia Alphonsum & Beatricem. Ex quibus Alphonsus matrimonio sibi conjuncta Beatrice Pereria Alvimia, Nuni Alvarezii Perceriae Lusitanorum Dynastiarum Principis filia, & herede, Brigantiae Domus fundamenta posuit anno M. CCCC. I. Beatrix vero Thomae Arundellensi in Anglia Comiti nupsit.*

*Post Castellanicum bellum Ceptae expugnatione maxime inclaruit Joannes. Nam urbem situ, moenibus, portu ornatissimam, ducentarum navium classe admota, uno die, atque uno velut impetu in suam redegit potestatem, frustra obsistentibus barbaris immenso numero: quod duodecimo Kalendas Septembris,*

Christo , cuja memoria será eterna , pela descoberta que fez das Ilhas do Mar Atlantico : D. João Mestre da Ordem de Sant-Iago , que de sua mulher D. Isabel filha de seu irmão bastardo D. Afonso teve a Infanta D. Brites , mediante a qual veio a ser avô da Rainha D. Leonor , e d'ElRei D. Manoel : D. Fernando Mestre da Ordem d'Aviz , que morreo cativo em Barberia : D. Isabel , que casou com Philippe Duque de Borgonha , e Conde de Flandes , o qual em honra de tão prezada Esposa instituhio no mesmo dia das vodas a Ordem Militar do Tusão d'ouro.

Fóra do matrimonio teve ElRei d'hum mulher nobre por nome D. Ignez Pires , ou Peres hum filho , e huma filha. O filho chamado Dom Affonso casou com D. Brites Pereira d'Alvim , filha herdeira do Condestavel D. Nuno Alvares Pereira , o maior Donatario que então havia no Reino : e no brilhante consorcio destes dous Senhores teve principio a Serenissima Casa de Bragança pelos annos de 1401. A filha chamada tambem Dona Brites casou em Inglaterra com o Conde Thomaz d'Arundel.

Acabada a guerra com Castella , foi a tomada de Ceuta a que deo a ElRei maior nomeada. Porque com a gente que tinha levado numa armada de duzentos baixéis , dentro d'hum dia , e quasi d'hum assalto , rendeo á sua obediencia huma Cidade , que pelo sitio , muralhas , e porto parecia inexpugnavel ; e para cuja defenção fóra appellidado hum immenso número de barbaros : o

Q

que

anno M. CCCC. XV. contigit. Primo vero ibi Praefecto relicto Petro Menesio, viro bellicae virtutis laude & fidei integritate aevo illo nemini secundo, in Lusitaniam remeavit, non minus gloria, quam spoliis onustus. Coepitque deinceps Ceptae se Dominum inscribere.

Multa ad salutem & securitatem Reipublicae constituit: atque in his quidem, ut ad subitas incursiones hostium retardandas semper in promptu essent equitum & peditum quinque millia ac quingenta, cum ferreis thoracibus mille & quingentis quinquaginta: qui milites belli tempore impensis Dynastarum, & Antistitum, & Militariam Ordinum mererent. Praeterea ut in venditionibus tam eorum, quae moveri possunt, tam quae non moveri, supra rerum pretia certa pecuniae summa Regi ab emptoribus solveretur.

Primus in Lusitania computari annos iussit non ab Æra quam vocarunt Caesaris, sed ab ortu Christi Domini. Quod anno M. CCCC. XX. est constitutum.

Tribus Synodis Oecumenicis per Oratores interfuit: Pisanae, Constantiensi, & Basileensi. Et in Constantiensi quidem anno M. CCCC. XVI. quum de Alphonso Aragonio ceteris Hispaniae Regibus quoad suffragandi praerogativam praeferendo ageretur, gravi & vehementi protestatione intercessere Ægidius Mar-



que succedeo a 21 de Agosto de 1415. E tendo deixado por primeiro Governador daquella Praça o outro Heróe daquella idade D. Pedro de Menezes, voltou para Portugal tão cheio de gloria, como de despojos. E dahi em diante começou a intitular-se *Senhor de Ceuta*.

Forão muitas as ordenanças que estabeleceo para bem, e segurança da Republica. Entrellas esta: que para rebater qualquer invasão repentina d'algun exército inimigo, estivessem sempre prestes cinco mil e quinhentos e cincoenta homens de armas, assim de pé, como de cavallo; e prestes tambem mil e quinhentas couraças de ferro: os quaes homens em tempo de guerra havião de ser pagos á custa dos Donatarios seculares, dos Prelados, e das tres Ordens de Cavallaria. Outra, que em todas as rendas tanto de bens móveis, como dos de raiz, sobre o preço das cousas estivessem obrigados os compradores a pagar para El-Rei certa quantia, que he a que chamamos *fiza*.

Foi o primeiro que em Portugal ordenou, que se contassem os annos não pela Era de Cesar, mas pelo Nascimento de nosso Senhor Jesu Christo. O que foi no anno de 1420.

Affistio por meio de seus Embaixadores em tres Concilios Geraes: no de Pisa, no de Constança, no de Basiléa. E no de Constança, como se tratasse de preferir quanto á força dos votos o Rei d'Aragão aos outros Reis de Hespanha, oppozero-se a isso com hum grave, e forte Protesto os nossos Embaixadores, que erão dous Fidal-

*tinus & Velasus Peresius, nequid Patres decernerent, quod Joannis Lusitaniae Regis nemini in terris obnoxiam dignitatem ac maiestatem laederet.*

*Joannis etiam opera Justiniani Codex in Lusitanum Sermonem est conversus. Ecclesia Olisiponensis ad Metropolitanam Dignitatem evecla: Cepta urbs Pontificali Sede ornata.*

*Quatuor Palatia aedificavit: Cintricense, Olisiponense, Almerinense, & Scalabitanum.*

*Batagliense quoque Ordinis Praedicatorum Coenobium in paucis magnificentum ac sumptuosum extruxit, pietatis & grati animi sui egregium monumentum, pro adepta victoria Aljubarrotana.*

*Fato functus est Olisipone pridie Idus Augusti, anno M. CCCC. XXXIII. quum vixisset annos LXXVI. regnasset XLVIII. Jacet in Coenobio Batagliensi, dilectus vulgo a magnitudine & splendore rerum gestarum Princeps bonae memoriae.*

gos, D. Fernando de Castro, e D. Alvaro Gonçalves de Attaide; e dous Doutores em Leis, Gil Martins, e Valasco, ou Vasco Peres.

Por sua diligencia foi o Codigo de Justiniano traduzido em Portuguez: a Igreja de Lisboa elevada á Dignidade de Metropolitana: a Cidade de Ceuta condecorada com Cadeira Episcopal.

Edificou quatro Palacios: o de Cintra, o de Lisboa, o d'Almeirim, e o de Santarem.

Fundou outrofi o magnífico, e sumptuoso Convento da Batalha da Ordem dos Prégadores, illustre monumento da sua piedade, e agradecido animo pela alcançada victoria d'Aljubarrota.

Faleceo em Lisboa a 14. d'Agoſto de 1433. tendo vivido ſetenta e ſeis annos, e reinado quarenta e oito. Jaz no Convento da Batalha: e pela grandeza, e esplendor das ſuas acções he vulgarmente nomeado Principe de boa memoria.



# EDUARDUS I.

**Q**uod olim divinus ille Plato pronuntiarat, tunc demum beatas fore Respublicas, quum aut Philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur: id quidem Lusitaniae nostrae sub Eduardo incidit fortuna, dum & Regem bellicis omnibus civilibusque arcibus praecellentem vix quinquenium permisit rerum potiri, & Regnum ipsum interea cladibus adfixit non modicis.

Quo die inaugurandus Rex erat, brevissimum ejus & calamitosissimum Principatum fore praedixit Judaeus Astrologus.

Comptus & suavis in dicendo, multa etiam scripsit Eduardus pro aetate illa ornate atque eleganter: in his Librum unum De Fideli Consiliario ad uxorem Eleonoram; alterum De Justitia & ejus Officiis; tertium De Misericordia; quartum de Ratione Librorum Legendorum.

Primus Mentalis quam vocant Legis promulgator extitit, a patre quidem suasu Joannis de Regulis mente conceptae, & in executionem datae, sed



## D. DUARTE I.

**O** Que o divino Platão tinha dito, que então seriam bemaventuradas as Républicas, quando ou reinassem os Filósofos, ou filosofassem os Reis: isto foi o que ao nosso Portugal invejou a fortuna, governando-nos ElRei D. Duarte: porque a hum Rei eminente em todas as artes assim militares, como civis, apenas o conservou no throno cinco annos: e entre tanto affligio o Reino com grandes calamidades.

No mesmo dia que estava para se coroar, lhe pronosticou hum Astrologo Judeo vida curta, e governo desgraçado.

Foi ElRei D. Duarte muito concertado, e suave no fallar: e quanto permittia aquella idade, escreveu com ornato, e elegancia muitos Tratados: entrelles hum *Do Fiel Conselheiro*, dedicado á Rainha D. Leonor sua Esposa: outro *Da Justiça, e das suas obrigações*: terceiro, *Da Misericordia*: quarto, *Do Modo como se hão de ler os Livros*.

Foi o primeiro, que promulgou a chamada *Lei Mental*, que seu pai na verdade tinha concebido na sua mente, e dado á execução  
por

*sed non extra mentem emissae. Qua lege foeminae excluduntur a successione Bonorum aut Titulorum, quibus a Rege donati fuissent Maiores.*

*Uxorem duxit Eleonoram Ferdinandi Primi Aragoniae Regis filiam: ex qua praeter Alphonsum natu maximum, sustulit Ferdinandum Visaeensem Ducem, Magistrumque & Ordinis Christi, & Ordinis Sancti Jacobi, qui ex Beatrice patruī Joannis filia procreavit Reginam Eleonoram, & Emmanuelem Regem. Sustulit & Eleonoram, quae Friderico Tertio Imperatori nupsit, materque fuit Maximiliani Primi: Joannam itidem, quae nupsit Henrico Quarto Castellae Regi, materque fuit Joannae Principis, Excellentis Dominae apud nos Titulo nominatissimae.*

*Extra matrimonium de foemina patricii generis suscepit Eduardus Joannem Emmanuelem, qui Carmelitarum Ordinem ingressus Ceptensis Episcopus fuit, & postmodum Aegitaniensis, summa apud Alphonsum Quintum gratia & auctoritate.*

*Interea quum anno M. CCCC. XXXVII. infelicitè adversus Mauros decreta esset expeditio, ductu quidem Henrici & Ferdinandi Regis fratrum, urbem Tingim Mauritaniae ab ea dictae caput, triginta octo dies valide oppugnant sex millia classiariorum. Sed infinita undique evocatorum barbarorum multitudine repente circumventis nostris, eo discriminis res deve-*

por conselho de João das Regras. Pela qual Lei são as fêmeas excluidas de succederem nos Bens da Coroa, e Ordens, que seus maiores tivessem possuido.

Casou com D. Leonor filha de D. Fernando I. d'Aragão, da qual além de D. Affonso, que foi o Primogenito, teve o Infante D. Fernando Duque de Viseu, e Mestre das Ordens de Christo, e de Sant Iago, de cujo matrimonio com D. Brites filha de seu tio o Infante D. João, nascerão a Rainha D. Leonor, e ElRei D. Manoel. Teve mais a Infanta D. Leonor, que casou com o Imperador Friderico III., e foi mãe do Imperador Maximiliano I., e a Infanta D. Joanna, que casou com ElRei D. Henrique IV. de Castella, e foi mãe da Princeza D. Joanna, muito decantada entre nós com o Titulo de Excellente Senhora.

Fóra do matrimonio teve ElRei D. Duarte d'huma illustre Dama hum Filho por nome Dom João Manoel, que tendo entrado na Ordem do Carmo foi Bispo de Ceuta, e depois da Guarda, e privou muito com ElRei D. Affonso V.

Entre tanto sendo decretada no anno de 1437. a infeliz expedição de Tangere contra os Mouros, forão os Infantes D. Henrique, e D. Fernando irmãos d'ElRei, atacar com seis mil homens de armada aquella Capital da Mauritania Tingitana, a qual tiverão de cerco trinta dias. No fim dos quaes cercados os nossos por hum infinito número de barbaros, que em grandes enxames tinham concorrido em defensão da Praça; se vio o Infante Dom Henrique obrigado a comprar a vida de todos

R

com

nit, ut coactus fuerit Henricus promissa Ceptae traditione, & Ferdinando fratre obside relicto, salutis atque incolumitati omnium consulere.

Fregit haec calamitas supra quam credi potest animum Eduardi: qui utramlibet in partem se verteret, optime praevidebat, vel tradendam infensissimis hostibus urbem totius Hispaniae clavim, vel carissimo fratre ac strenuissimo Principe carendum. Ergo inops consilii Leiriae Comitia haberi jubet, ubi quum res in deliberationem missa esset, de communẽ sententia decretum est, ut Cepta omnino retenta de redimendo quavis alia ratione Ferdinando cum Salabensalla Maurorum Rege ageretur. In id vero quum ille negasset unquam se consensurum, retenta quidem Cepta est, sed Ferdinandus in vinculis decessit squalore carceris, vigiliis, aliisque cruciatibus maceratus.

De Leiria in Tomarium se recepit Eduardus, ubi adflatus peste teterrima, quae tunc per totam Lusitaniam saeviebat, supremum diem complevit quinto Idus Septembris, anno M. CCCC. XXXVIII. quum vixisset annos quadraginta sex, regnasset quinque. Sepultus est in Coenobio Batagliensi, Gubernatrice Regni pro Alphonso sexcenni puero testamento designata uxore Leonora. Quae res multorum postea dissidiorum ac bellorum causa fuit, indigne ferentibus Optimatum & popularium plerisque, tot praetermis-



com a promessa, de que se entregaria Ceuta aos Mouros, e com deixar-lhes a seu irmão D. Fernando em refens, ou pinhor:

Quebrou esta desgraça sobre mancira o animo a ElRei D. Duarte: o qual para qualquer das duas partes que se voltasse, previa muito bem, que ou se havia de entregar a huns cruéis inimigos huma Cidade, que era a chave de toda a Hespanha; ou se havia de ficar perdendo hum irmão, que elle cordialmente amava, e nelle hum Principe d'efremado valor. Pelo que não se sabendo dar a conselho, convocou Cortes para Leiria, nas quaes posto o caso em deliberação, se venceo pelo commum dos votos, que conservada em todos os modos Ceuta, se tratasse com o Rei Salabensalla do relgate do Infante por outra alguma via. Mas como Salabensalla a não quizesse admittir, causou-se daqui, que nós sim ficámos conservando Ceuta, mas o Infante D. Fernando morreo prezo em Tanger, macerado de vigalias, e tormentos.

De Leiria veio ElRei para Tomar, onde ferido da cruel peste que por aquelle tempo affolava todo o Reino, faleceo a 9 de Setembro de 1438. em idade de quarenta e seis annos, dos quaes reinou sinco. Foi sepultado no Convento da Batalha, tendo ordenado em seu testamento, que em quanto durasse a menoridade d'ElRei D. Afonso seu filho, menino então de seis annos, governasse por elle sua mãe a Rainha D. Leonor. O que depois deo occasião a muitas discordias, e guerras, por levarem muito a mal os Grandes do

*sis Principibus fortissimis ac sapientissimis , a foemina se regi extera.*

*Tertio Regni anno ad Basileensem Oecumenicam Synodum Oratorem misit Eduardus Alphonsus Comitem Oremiensem , fratris Alphonsi filium cum duobus Legum Doctioribus celeberrimis , Didaco Alphonso Mangaanchio , & Valasco Fernandio de Lucena.*

Reino , que preteridos tantos , e tão valerosos Principes , quaes erão os Infantes tios d'ElRei , os governasse huma Senhora Estrangeira.

No terceiro anno do seu Reinado mandou El-Rei D. Duarte ao Concilio Geral de Basilea o Conde d'Ourem D. Affonço seu Sobrinho , com os dous famosissimos Doutores em Leis Diogo Affonço Mangaancha , e Vasco Fernandes de Lucena.



## ALPHONSUS V.

**A**lphonsus V. in Lusitania primus fuit qui ab ortu Princeps adpellari coeperit. Nam antea omnibus Regum filiis unum Infantis nomen commune erat. Adolescentulus matrimonio sibi copulavit Isabellam, Petri Patruí Conimbricensis Ducis filiam, ex qua suscepit Joannem Regem II. & Beata[m] Joannam, quae Dominicanarum Institutum in Averiensi Monasterio est professa.

Petrus is est, qui quo tempore diversas Europae regiones peragrabat, Sigismundum Imperatorem in bello adversus Turcas multum juvit: qui Librum Ægidii Corree, De Regimine Principum, & Ciceronem De Officiis, & Vegetium De Re Militari, Lusitana interpretatione donavit: qui pro Alphonso impubere Rege Lusitaniam decem annos prudentissime atque integerrime administravit: qui multis domi militiaeque praeclare gestis, ad extremum invidia ac malevolentia aemulorum Regi genero suspectus redditus, belloque ab eo laceffitus, in pugna Alfarrocirensi ad Alvercam oppidum fortiter dimicando occubuit.



## D. AFFONÇO V.

**E**LRei D. Affonço V. foi o primeiro em Portugal, que des do nascimento começou a chamar-se Príncipe. Porque antes todos os filhos dos Reis sem differença se chamavão Infantes. Sendo muito moço, casou com D. Isabel, filha do Infante D. Pedro seu tio, Duque de Coimbra: da qual teve a ElRei D. João II., e a Santa Princeza D. Joanna, que foi Freira da Ordem de S. Domingos no Mosteiro de Jesus d'Aveiro.

Este he aquelle Infante D. Pedro, que no tempo que viajava por diversas Regiões da Europa, ajudou muito ao Imperador Sigismundo na guerra contra os Turcos: aquelle que traduzio em Portuguez o Livro de Gil Correia *Do Governo dos Principes*, e os Officios de Cicero, e o Livro de Vegecio que trata da *Milicia*: aquelle que por ElRei D. Affonço V. sendo menino, governou Portugal com summa prudencia, e inteireza: aquelle que depois de ter obrado grandes feitos na paz, e na guerra, por ultimo malquistado com ElRei pela inveja, e malevolencia de seus émulos, e atacado por elle em Batalha rota, morreo pelejando valerosamente no recontro d'Alfarrobeira junto á Villa d'Alverca.

*Domesticis compositis, redintegrando cum Mauris bello animum admovit Alphonsus: captisque intra mensem Alcacera Ccquerana, Tingi, & Arzilla, inde sibi Africani cognomentum retulit. In qua expeditione quum alios quamplurimos, tum nos praecipue egregiis editis facinoribus inclaruisse Duces legimus: Joannem Cotignium Comitem Marialvensem, Alvarum de Castro Comitem Montis Sancti, Eduardum Menesium Comitem Vianensem, Rudericum de Mello Comitem Oliventianum, Alphonsum Vasconcelium Comitem Penellensem.*

*In expugnatione Arzillana caesa dicuntur Maurorum duo millia, capta quinque millia, collecta de spoliis octingenta millia nummum. Ibi etiam quum ad Joannis Cotignii Marialvensis Comitis telis confossum corpus, Joannem Principem equestribus insignibus ornaret pater: Faxit Deus, inquit, ut tam strenuus ipse Eques evadas, quam iste fuit.*

*Verum ex Africa reversus, non ita prospera fortuna usus est Alphonsus in bello Castellano, quod haud ita multo post causa Joannae Principis suscepit. Heres filia haec erat Henrici Quarti Castellae Regis, ex Joanna Alphonsi sorore procreata. Qua sibi post obitum Isabellae conjugis desponsa Placentiae, quum Henrico mortuo Regnum illud pastarum nuptiarum jure repetisset, Ferdinandum Aragoniae Regem, qui interea temporis Isabellam Henrici sororem duxerat,*

Apaziguadas , e compostas as cousas domesticas , se applicou ElRei a renovar a guerra contra os Mouros : e a tomada que fez em trinta dias das tres Praças de Alcacer Ceguer , Arzilla , e Tangere , lhe deo o sobrenome de *Africano*. Nesta expedição se avantajárão a todos em proezas militares os Fidalgos seguintes : D. João Coutinho Conde de Marialva , D. Alvaro de Castro Conde de Monsanto , D. Duarte de Menezes Conde de Vianna , D. Rodrigo de Mello Conde d'Olivença , D. Affonço de Vasconcellos Conde de Penella.

Na expugnação de Arzilla se diz , que forão mortos dous mil Mouros , e ficárão cativos cinco mil ; e que o esbulho chegára a oitocentos mil cruzados. Alli foi tambem , que estando ElRei armando Cavalleiro a seu filho o Principe D. João , junto ao cadaver de D. João Coutinho ; disse para o mesmo Principe : *Deos te faça tão bom Cavalleiro , como este foi.*

Mas depois que voltou d'Africa , não correo assim tão prósperamente a fortuna a ElRei na guerra , que não muito depois empredeo por causa da Princeza D. Joanna. Era esta filha d'ElRei Dom Henrique IV. de Castella , e da Rainha D. Joanna. Com ella depois da morte da Rainha D. Isabel se tinha desposado ElRei D. Affonço em Placencia : e quando por morte d'ElRei D. Henrique quiz pelo direito do pacteado casamento tomar posse daquelle Reino , experimentou hum forte competidor em ElRei D. Fernando d'Aragão , que neste meio tempo se tinha casado com D. Isabel

*acrem competitorem est expertus. Multis hinc inde transactis rebus, atque interim quidem Zamora, Penafideli, Baltanazo, aliisque oppidis in Alphonsi ditionem redactis, tandem Taurina pugna negotium diremptum est ac profligatum. In qua pugna (mirum dictu) utroque Rege victo ac fugato, penes utriusque Duces victoriae gloria fuit. Joana vero & a nubendo & a regnando exclusa, in eo etiam iniquissimam sibi fortunam experta est, quod volens nolens religiosam vitam amplecti ac profiteri jussa fuit Scalabi in Monasterio Divae Clarae.*

*Hac maxima famae, ut sibi videbatur, jactura fractus Alphonsus, quum frustra etiam a Ludovico Undecimo Gallorum Rege opem implorasset, quasi puderet se regii nominis, clam in Jerusalem cum exiguo suorum comitatu perrexit, relicta scheda, in qua jubebat Joannem Principem protinus Regem salvari, ac pro Rege ab omnibus haberi. Inde tamen brevi in Lusitaniam reversus, atque Olisipone a filio qua par erat reverentia exceptus, ipso maxime adveniente Joanne Sceptrum resumpsit.*

*Cintriae eodem, quo natus fuerat, conclavi diem obiit supremum, anno M. CCCC. LXXXI. Vivit annos quadraginta novem, regnavit quadraginta tres. Conditus est in Coenobio Batagliensi.*



irmã d'ElRei D. Henrique. Tendo havido de parte a parte varias controversias , e sujeitas á obediencia d'ElRei D. Affonço a Cidade de Zamora, com as Villas de Penafiel , Baltanaz, e outras : por ultimo veio o negocio a decidir-se pela Batalha de Touro. Na qual Batalha ( coufa admiravel ) sendo vencidos , e postos em fugida ambos os Reis , ficou a gloria de vencedores nos Capitães d'ambos. E a Princeza D. Joanna sobre os outros baldões que experimentou da fortuna , sendo excluida de casar , e de reinar , por ultimo teve o desgosto de se ver obrigada a abraçar , e professar a vida religiosa no Convento de S. Clara de Santarem.

Com esta a seu parecer grande quebra da propria reputação , e com ver tambem , que Luiz Undecimo Rei de França lhe faltára com os socorros que lhe fora pedir ; ficou ElRei D. Affonço mui quebrado de animo , e como quem se envergonhava de ser assim Rei , deo consigo em Jerusalem , acompanhado de mui poucos creados , e tendo deixado huma cédula , em que mandava, que o Principe D. João fosse logo acclamado Rei , e como tal obedecido de todos. Mas tendo voltado em breve da Palestina a Portugal , e sendo recebido do Principe seu filho com a devida reverencia , a instancias d'elle mesmo tornou a empunhar o Sceptro.

Faleceo em Cintra na mesma camara em que tinha nascido a 28. de Agosto de 1481. Viveo quarenta e nove annos , e reinou quarenta e tres. Foi sepultado no Convento da Batalha.

*Fuit supra modum popularis & facilis: memoria felicissima, acri ingenio, & nativa quadam praeditus eloquentia. Nam sive loqueretur, sive scriberet, stilo semper ita limato ac polito est usus, ut nunquam videretur ex tempore dicere.*

*Primus Regum nostrorum selectam Bibliothecam in Palatio habuit. Primus in plateis & foris spectandum se omnibus & conveniendum proebuit.*

*Liberalitatis ac munificentiae ejus decretorium argumentum est, quod nullus tot creasse Comites legitur, quot Alphonsus. Ad haec eo regnante primus Brigantiae Dux factus Alphonsus patruus: primus Valentiae Marchio filius Alphonsi natu maximus, idemque patri cognominis: primus Vicecomes Villae Novae Cerverianae Leonellus de Lima: primus Baro Alvitensis Joannes Fernandus a Silperia.*

Foi sobremaneira popular, e affavel: teve felicissima memoria, e vivo engenho, e huma eloquencia natural. Porque, ou fallasse, ou escrevesse, sempre a sua frase era tão limada, e polida, que nunca parecia fallar de repente.

Foi o primeiro dos nossos Reis, que teve no seu Palacio huma selecta Livraria. O primeiro que sahio a publico pelas ruas, e praças, para todos o verem, e lhe fallarem.

Da sua liberalidade, e grandeza he huma prova decisiva o saber-se, que nenhum Rei creou tantos Condes, como D. Affonso V. Além de que reinando elle he que seu tio D. Affonso foi feito primeiro Duque de Bragança: e o Primogenito deste D. Affonso, que tinha o mesmo nome do pai, feito primeiro Marquez de Valença: e Leonel de Lima primeiro Visconde de Villa Nova da Cerveira: e João Fernandes da Silveira primeiro Barão d'Alvito.



## JOANNES II.

*V*enio jam ad fortissimum atque invictissimum Regem, inter ipsas calamitates ingentioris quidem gloriae, quam alius quivis prosperissima fortuna. Joannes Secundus Lusitaniae is est, quem tot licet tantisque cum malis conflictatum, splendido tamen Perfectissimi Principis elogio ornarunt vel aemuli; dignum mehercule longiore vita, qui tot ediderit immortalia.

Princeps patri Arzillam oppugnanti magno auxilio cum duobus millibus subsidiariis fuit. In pugna vero Taurina, dum cornu, cui praecerat Ferdinandus Aragonius, acrius instat, exercitum nostrum patre cedente jam fusum, sed mox in praelium redutum, ex victo effecit victorem.

Rex factus, duobus potissimum in se totam fere nobilitatem concitavit: nempe & Dynastis nova spondendae sibi fidei praescripta Formula, & Pro-



## D. JOÃO II.

**S**omos chegados ao mais forte, e mais invicto Rei, que teve Portugal; a hum Rei, cuja gloria foi maior entre as mesmas calamidades, do que a de qualquer outro n'uma fortuna a mais próspera. Este he ElRei D. João II. ao qual não obstante ter combatido com tantos, e tão grandes trabalhos, os seus mesmos émulos com tudo lhe derão a brilhante antonomasia de *Principe Perfeito*: digno por certo de mais dilatada vida, quem tantas cousas fizera dignas da immortalidade.

Sendo Principe ajudou grandemente a ElRei seu pai na tomada de Arzilla, indo em seu socorro com dous mil homens. E na Batalha de Touro elle foi o que apertando com o lado direito, que ElRei D. Fernando commandava, fez fugir a este; e o que tornando a ordenar o nosso exercito, que por ceder ElRei seu pai fora posto em desbarato, fez que elle depois de vencido ficasse vencedor.

Depois que chegou a ser Rei, duas forão as cousas, que levantarão contra elle quasi toda a Nobreza: huma o prescrever aos Grandes nova Fórmula de lhe darem juramento de homenagem.

ou-

vincialibus Proctoribus ipsorum Dynastarum oppida juris dicendi causa obire jussis, non secus ac cetera Regiae ditionis.

Hac de causa quum Ferdinandus tertius Brigantiae Dux, suo & consanguineorum nomine Regem adiens postulasset, ut liceret sibi & aliis juribus ac privilegiis iis frui, quibus remunerationis ergo a patre donati erant: Joannes Regiam auctoritatem postulatione ipsa oppugnatam ac laesam credens, cavere sibi a Duce, tanquam ab occulto hoste, exinde coepit. Atque ipsa quidem diffidentia quotidie magis magisque suspiciones ingerente & augente perfidiae, Duci primum comprehenso, deinde maiestatis reo judicato, Eborae tandem caput amputari jussit, bonaque ejus omnia publicari.

Qua Regis severitate, seu potius ira perterriti, multi Procerum alio atque alio aufugere: in his Joannes Marchio Maioris Montis, occisi Ferdinandi Ducis frater, duoque ipsius Ferdinandi parvuli filioli, James ac Dionysius. Et Joannem quidem ipsum Montis Majorii Marchionem, quod plane contumeliose atque petulanter jaectare non desistere, quia verum punire non potuit, personatum in ordinem cogi & capite plecti Rex jussit Tubuccis.

Aliquanto post, quum Cetobricae Rex esset, no-

outra o mandar, que os seus Corregedores entrassem tambem pelas Terras de todos os Donatarios da Coroa.

Alterado com estas novidades, foi D. Fernando Terceiro Duque de Bragança fallar a ElRei, pedindo-lhe em seu nome, e no de seus Parentes, que os deixasse gozar d'huns direitos, e privilegios, que ElRei seu pai lhes havia concedido a titulo de remuneração de serviços. Mas ElRei havendo, que a mesma postulação era já hum crime de Lesa Magestade, começou daquelle ponto em diante a desconfiar do Duque. E fazendo-lhe a mesma desconfiança (como he ordinario) crescer cada dia mais as suspeitas, de que o Duque lhe era traidor; fez primeiramente prendello, depois sentenciallo, e por ultimo cortar-lhe a cabeça em Evora, confiscados para a Coroa todos os seus Bens.

Aterrados com esta severidade, ou para melhor dizer ira d'ElRei, fugirão muitos Fidalgos para diversas partes: entre elles o Marquez de Monte Mór D. João irmão do Duque executado, e dous filhos do mesmo Duque ainda crianças, Dom Jaime, e D. Diniz. Destes como constasse a ElRei que o dito Marquez ainda depois de refugiado em Castella não cessava de maquinar, e fallar contra elle, já que o não podia castigar em pessoa, ElRei o mandou exauthorar, e degollar em estatua na Praça d'Abrantes.

Algum tempo depois, estando ElRei em Setuval, lhe descobrirão D. Vasco Coutinho, e Dio-

vam ei conjurationem certissimis indiciis aperiunt Valascus Cotignius & Didacus Tinocus. A quibus quum didicisset, conjuratorum principem esse Didacum Visacensem Ducem, ipsum dissimulanter ad se accersitum ita interrogavit: Quid, quaeso, Patruellis, facturus in cum esses, quem scires parare te de medio tollere? Respondente illo, Primus ego tollerem, adjecit: Ergo ore tuo te ipsum condemnasti: atque extemplo ad hanc vocem attonitum, adstantibus sibi Petro Decio, Didaco Azambujio, & Lupo Mendefio Riano, Patruelem ipse pugione transfixit.

Quod ad socios spectat conjurationis, Ferdinandus Menesius & Petrus Albuquerque capite multati sunt: Petrus Atabidius etiam in frustra concisus. Garcia vero Menesius Eborensis Antistes, homo vel sola facundiae vi maxime metuendus, & Guterres Cotignius Valasci Cotignii frater, quum inclusi essent in arētissimam custodiam, ille Palmellae, hic Avisi, brevi uterque dato veneno vitam finire. Denique Ferdinandus a Silveria, initio quidem fuga elapsus, deinde multos annos extra patriam vagatus, tandem Arvenione Joannis instinctu a quodam sicario muneribus corrupto est occisus.

Contra ea Valasco Cotignio detectae conjurationis praemium fuit collatus a Rege Titulus Comitis Borbani.

Vix dum ab his curis recreato tertia demum  
su-



go Tinouco huma nova conjuração. E como foubesse delles , que o cabeça dos conjurados era o Duque de Viseu D. Diogo , mandou chamar diffimuladamente a este , e vindo que foi á sua presença lhe fez esta pergunta : *Primo , que farieis vós a quem foubesseis , que andava para vos matar ?* Respondendo o Duque , *Eu o matára primeiro* , continuou ElRei : *Vós mesmo logo vos condemnaste* : e immediatamente o matou pelas suas mãos ás punhaladas , estando presentes D. Pedro Deça , e Diogo d'Azambuja , e Lopo Mendes do Rio.

Pelo que toca aos complices da conjuração , D. Fernando de Menezes , e Pedro d'Albuquerque forão degollados : D. Fernando de Ataide filho de D. Alvaro , de mais a mais esquartejado. D. Garcia de Menezes Bispo d'Evora , (homem até pela força da sua eloquencia muito para temer) e Dom Guterres Coutinho irmão de D. Vasco Coutinho , tendo sido mettidos aquelle n'uma Cisterna sem agoa em Palmella , este na Torre do castello de Aviz , ambos dentro de pouco tempo morrêrão , dizem que de veneno que se lhes deo. D. Fernando da Silveira , tendo no principio escapado com a fuga , e andando muito tempo vagabundo , e fugitivo por Hespanha , e França , por ultimo foi dahi a seis annos morto em Avinhão por hum assassino para isso comprado por ElRei.

Pelo contrario D. Vasco Coutinho em premio de ter descuberto a conjuração , ElRei o fez Conde de Borba.

Apenas defassombrado ElRei de tão graves

*supervenit calamitas, atque ea quidem tanto saevior, quanto inopinatio. Nam Scalabi agens paucis mensibus, quam Eborae splendidissimo atque exquisitissimo post hominum memoriam adparatu nuptias Alphonsi Principis cum Isabella Castellana celebrarat, ad Tagum quo spatandi & natandi gratia conventum erat, filium ipsum casu equo excussum, tum mole super corruentis belluae letaliter collisum, tum paullo post in tuguriolo pauperis piscatoris exanimatum vidit deservitque. Quam filii ruinam id patri multo faciebat acerbiolem, quod uno eo herede extincto, successurum sibi in Regno praevidebat Joannem Emmanuelem Pacis Juliae Ducem, fratrem illum quidem & Didaci Visaeensis Ducis a se interfecti, & Isabellae interfecti pariter Ferdinandi Ducis Brigantini conjugis.*

*Interim qua erat magnanimitate & constantia praeditus, Tingim novis munimentis firmavit; Arces Caparicanam & Cascaliensem extruxit; Olisipone publicum Valetudinarium ab omnibus Sanctis dictum inchoavit.*

*Joannis quoque auspiciis Conganum Regnum in Africa detexit Didacus Azambujus, classeque ad Promontorium Bonae Spei pervenit Bartholomaeus Dias: quod felix quidem & gloriosum hominibus nostris principium fuit Indiae adnavigandae & adendum. Hoc jure primus se Guineae Dominum inscripsit Joannes.*

cuidados , eis que lhe sobrevem terceiro infortunio , e esse tanto mais cruel , quanto menos pensado. Foi o caso , que não havendo ainda oito mezes , que ElRei tinha celebrado em Evora com hum pompa , e magnificencia inaudita , as vodas do Principe D. João com a Princeza de Castella Dona Isabel : estando a Corte em Santarem , hum dia que por divertimento tinham decido todos á ribeira do Téjo , passou ElRei pela incomparavel dor de ver o mesmo Principe sacudido do cavallo em que hia ; logo moido com o pezo do mesmo bruto , que lhe cahira em cima ; e a poucas horas passadas tirado morto da humilde cabana de hum pobre pescador. A qual desventura ainda para ElRei a fazia mais azeda a consideração , de que extinto aquelle unico herdeiro que tinha , viria a succeder-lhe no Reino o Duque de Béja D. Manoel , que era irmão de D. Diogo Duque de Viseu , e de D. Isabel Duqueza de Bragança.

No meio de tantos contratempos , como tinha hum animo superior a toda a adversidade , mandou ElRei fortificar de novo Tangere , e edificar as Torres de Caparica , e de Cascaes , e deu principio em Lisboa ao Hospital de todos os Santos.

Tambem debaixo dos auspicios deste Rei descobriu Diogo d'Azambuja o Reino de Congo , e Bartholomeo Dias chegou com hum esquadra de navios até o Cabo da Boa Esperança : o que foi felice , e glorioso preludio da nossa navegação para a India. E com este direito se começou ElRei a intitular *Senhor de Guiné.*

*Administrandae justitiae & rei familiaris hanc ferme tenebat rationem. Diebus Veneris mane in Curia Rerum Capitalium & Civilium Praetoribus jus dicentibus adesse solebat: vespere Palatinis Senatoribus praesidere: sequenti die cum Procuratoribus Sacri Patrimonii ea, quae ad Fiscum pertinebant, tractare.*

*Aleatoribus, ganeonibus, perjuris, & mendacibus perpetuum bellum indixit.*

*Populi amantissimus, Symbolum sibi proprium delegit Pelicanum, rostro pectus tundentem, & expresso sanguine alentem pullos.*

*Subditorum nullum patiebatur a potentioribus opprimi: atque ea potissimum de causa maximam Patriciorum invidiam subiit.*

*Urbem subinde vel pedibus, vel equo obambulans, si quem forte ad januam stantem adspexisset, honestum civem, salutatione & colloquio dignabatur.*

*Prandebat in publico saepe & quidem rei tricliniaris insigni adparatu atque lautitia: gaudebatque manducanti sibi adstare laudatissimos quosque & selectissimos e Proceribus.*

*Domi famulis benignus & hilaris supra modum: in publico omnibus severus, maxime vero conjunctis sanguine. Tantam ubique & semper maiestatem atque auctoritatem pras se ferens, ut siquid forte a quoquam peccatum esset, solo obtutu emendaret.*

*Hac fama prudentiae, sagacitatis, fortitudinis, & justitiae, cunctis aetatis suae Regibus ac Principibus non solum venerationi fuit, sed etiam reverentiae.*

Quum

O seu modo de Governo ordinariamente era este. Nas festas feiras pela manhã costumava presidir á Relação : de tarde ao Dezembargo do Paço : nos sabbados tinha conferencia com os Vêdores da Fazenda.

Foi inimigo declarado , e perpétuo dos jogadores , dos que andavão pelas bodegas , dos perjuros , e dos mentirosos.

Amava muito o seu Povo : e por empreza deste amor que lhe tinha , escolheo hum Pelicano , ferindo com o bico o peito , para alimentar com o seu sangue os seus filhinhos.

Não soffria que os Grandes opprimissem os pequenos : e esta foi a principal causa , que o malquistou com os Fidalgos.

Sahia muitas vezes pela Cidade , ora a pé , ora a cavallo : e se acontecia ver á sua porta algum Cidadão honrado , não duvidava saudallo e conversar com elle.

Jantava muitas vezes em público , e sempre com meza esplendida : e folgava que o servissem nella os Fidalgos mais distinctos.

No Paço era summamente benigno , e alegre com os creados : fóra d'elle sevéro para todos , e muito mais para os Parentes. E em toda a parte era tanta a magestade , e a authoridade que mostrava , que qualquer descuido que tivesse havido , elle o emendava só com hum lançar de olhos.

Com esta fama de prudencia , sagacidade , fortaleza , e justiça conseguio que todos os Reis , e Principes do seu tempo não só o venerassem , mas tambem o respeitassem.

Sen-

Quum tantum polleret viribus ut taurum fugientem adprehensis cornibus sisteret, & gladio tres simul magnos cereos uno ictu praecideret; circa extrema tamen Principatus variis morbis est oppugnatus. Quorum curandorum gratia jussus a Medicis Monciquiensibus thermis in Algarbio uti, apud Albo-rem oppidum e vivis excessit, non sine propinati veneni suspicione, octavo Kalendas Novembris, anno Domini M. CCCC. XCV. aetatis XL. Regni XIV.

Ex Albore quum aliquot post annis corpus ejus in Batagliense Coenobium transferri jussisset Rex Emmanuel, summa quidem omnium admiratione integrum illud, & incorruptum, & suavem spirans odorem repertum est; taleque ad nostra usque tempora post annos fere tercentos spectatur.

Ex pellice Joanna Mendocia nobili genere orta filium Joannes sustulit Georgium nomine, quem & Ducem Conimbricensem, & Avisiense ac Sancti Jacobi Ordinum Magistrum creavit. Is vero ducta in matrimonium Beatrice Villenia, Alvari Portugallii filia, tres ex illa suscepit liberos: Joannem Alencastrium primum Ducem Avericensem, Alphonsum Alencastrium, & Ludovicum Alencastrium, quibus proavis gloriantur maximae in Lusitania & Castella Familiae, ducto cognomine a Philippa Regina Joannis Regis Primi uxore, quae Joannis Alencastriae in Anglia Ducis filia erat.

Sendo que era de tão grandes forças , que soffinha pelas pontas o mais feroz touro na carreira , e cortava de hum golpe da sua espada tres grossos brandões juntos : todavia nos ultimos annos do seu governo foi atacado de muitas , e graves enfermidades. Por conta das quaes estando por mandado dos Medicos tomando as caldas de Monchique , faleceo em Alvor não sem suspeita de lhe terem dado veneno , a 25. de Outubro de 1495. em idade de quarenta annos , e havendo quatorze que reinava.

Passados alguns annos , quando ElRei Dom Manoel mandou trasladar da Villa d'Alvor para o Convento da Batalha o seu corpo , se achou este com grande admiração de todos inteiro , e incorrupto , como até os nossos dias se conserva , e mostra , tendo já decorrido quasi tres seculos.

De D. Anna de Mendonça Senhora illustre , teve ElRei não legitimo a D. Jorge , que elle fez Duque de Coimbra , e Mestre das Ordens d'Aviz , e de Sant-Iago. Este casou com D. Brites de Vilhena filha de D. Alvaro de Portugal , e houve della tres filhos : D. João d'Alencastre , que foi primeiro Duque d'Aveiro ; D. Affonso d'Alencastre , e D. Luiz d'Alencastre : dos quaes se glorião muito descender grandes Familias em Portugal , e Castella , que tomárão o appellido da Rainha D. Philippa mulher d'ElRei D. João I. , e filha de João Duque d'Alencastre em Inglaterra.




# EMMANUEL I.

**J**oanni Secundo absque legitimo herede defuncto successit Patruelis ejus Emmanuel, Pacis Juliae Dux, idemque per Ferdinandum patrem nepos Eduardis Regis: felix quidem liberis, ut qui maxime, sed ducibus tamen multo felicior. Is jure prioris uxoris Isabellae, susceptiqae ex ea Michaelis Principis, Toleti in Generali Conventu futurus Heres renunciatus est Ferdinandi & Isabellae Catholicorum Regum. Et profecto si aut matri aut filio diutius vivere datum esset, nullus dubitabat, quin Lusitano Regno adjecturns foret Emmanuel Castellanium, & Legionense, & Aragonium. Sed tantam hereditatem Carolo Quinto servabat fortuna: Emmanuele nostro interim amplioribus in Africa, Asia, & America imperii accessionibus cumulando, quam si universa potiretur Europa.

Isabella igitur brevi CaesarAugustae mortua, & paullo post Granatae sepulto filio Michaele, alteram ille uxorem duxit Mariam Sororem ipsius Isabellae,





## D. MANOEL I.

**M**orto ElRei D. João II. sem deixar herdeiro legitimo, succedeo-lhe seu primo com-irmão D. Manoel Duque de Béja, que por seu pai o Infante D. Fernando era neto d'ElRei D. Duarte: Principe que tendo sido muito affortunado nos filhos, ainda o foi mais nos capitães. Este pelo direito de sua primeira esposa D. Isabel, de que já tinha o Principe D. Miguel, foi jurado em Toledo Herdeiro presumpto dos Reis Catholicos D. Fernando, e D. Isabel. E a ter vivido mais tempo a mãe, ou o filho, ninguem duvidava, que ElRei D. Manoel viria a possuir unidas com a de Portugal as Coroas de Castella, Leão, e Aragão. Mas esta tamanha herança guardava-a a fortuna para Carlos Quinto: e entretanto reservava ella para o nosso D. Manoel outro imperio muito mais vasto pelas achegas, e conquistas da Africa, Asia, e America, do que se elle fosse senhor de toda a Europa.

Morta pois dentro de pouco tempo em Saragossa a Rainha D. Isabel, e enterrado pouco depois em Granada o Principe D. Miguel, tornou

*ex qua sustulit Joannem Regem nomine Tertium : Isabellam uxorem Caroli Quinti Imperatoris , genitricemque Philippi Regis Secundi : Beatricem uxorem Caroli Emmanuelis Sabaudiae Ducis , & Pedemontii Principis : Ludovicum Ducem Pacis Juliae , & Comitum Stabuli ( ut vocant ) Lusitaniae , quo patre ex concubina Violanta Gomesia natus est Antonius Cratensis Antistes. Ferdinandum , cui Guiomaria Cotignia Marialvensis Comes nupsit : Alphonsum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem , & Antistitem Olisiponensem : Henricum itidem Cardinalem , & Antistitem Olisiponensem , Bracarensem , & Eborensem , novissimeque Lusitaniae Regem : Eduardum , qui ex conjugē Isabella Jametis Brigantini Ducis filia procreavit Mariam , quae nupsit Alexandro Farnesio Parmae , & Placentiae Duci ; nec non Catharinam , quae nupsit Joanni Sexto Duci Brigantino.*

*Tot liberorum pater , viridi adhuc & vegeta aetate , tertiam sibi matrimonio copulavit Eleonoram , Philippi Primi Castellae Regis & Joannae conjugis filiam , ex qua sustulit Mariam singulari castimonia & pietate foeminam , quae milliaro ab regia urbe quarto Templum & Valetudinarium Beatae Mariae a Luce grandi impensa condidit ; & cujus Domus Olisipone , ut Eduardus Nunius scribit , Musarum Aca-*

*de-*

ElRei a casar com a Infanta D. Maria, irmã da mesma D. Isabel, da qual teve os filhos seguintes. O Principe D. João, que lhe succedeo no throno, com o nome de D. João III. A Infanta Dona Isabel, que foi mulher do Imperador Carlos Quinto, e mãe do Rei D. Philippe II. D. Brites, que casou com Carlos Manoel Duque de Saboya; Principe de Piamonte. O Infante D. Luiz, que foi Duque de Béja, e Condestavel de Portugal, e que d'hum concubina por nome Violante Gomes teve o Senhor D. Antonio Prior do Crato. O Infante D. Fernando, que casou com D. Guiomar Coutinho Condeça de Marialva. O Infante D. Affonso, que foi Cardial da Santa Igreja de Roma, e Arcebispo de Lisboa. O Infante Dom Henrique, que tambem foi Cardial, e Arcebispo de Lisboa, Braga, e Evora, e por ultimo Rei de Portugal. O Infante D. Duarte, que casou com D. Isabel filha de D. Jayme quarto Duque de Bragança, da qual teve a D. Maria, que casou com Alexandre Farnesi Duque de Parma, e Placencia; e a D. Catharina que casou com D. João Sexto Duque de Bragança.

Não obstante ter já tantos filhos, como por morte da Rainha D. Maria se achava ainda em idade mui fresca, e robusta, casou terceira vez com D. Leonor, filha de D. Philippe I. Rei de Castella: e deste matrimonio nasceo a Infanta Dona Maria, cuja Casa como escreve Duarte Nunes, foi huma Academiã das Musas, e huma Escóla affamada de todas as virtudes. Esta he a que fundou

*demia, & virtutum omnium Schola extitit celeberrima.*

*In tanta posterorum multitudine prorsus nescio, utrum magis admirer: Foecunditate uxoris Mariae Emmanuclum avum factum omnium fere Europae Principum; an domesticorum successorum defectu ad externos transfisse Lusitanum Sceptrum.*

*Singulari autem Dei providentiae ascribendum reor, quod Joanni Secundo, quo regnante interire visa est Brigantina Domus, successerit Emmanuel, qui evocato ex Castella Jamete Sororis Isabellae filio, stirpem imperando natam pene ab inferis excitaret.*

*Anno M. CCCC. XCVIII. Velaszi de Gama singulari virtute, navitate, & peritia usus, Indiam detexit: quam deinde Alphonsi Albuquerqueii incomparabilis ducis opera, intra paucos annos tribus captis maximis Asiae emporiis Ormuzo, Goa, & Malacca, totam fere sibi subditam ac vestigalem reddidit.*

*Anno etiam M. D. per Petrum Alvaresium Capralium detexit Brasiliam; quae tamen coloniis eo deductis nonnisi Joanne filio regnante frequentari coepit.*

*Interim non minori felicitate Africanum bellum profecutus, per Joannem Menesium aliosque eximiae fortitudinis duces Azamorum, Zafinum, Mazaganum, Almedinam, aliaque insignia oppida suae di-*

dou huma legoa fóra de Lisboa com grande despeza a Igreja, e Hospital de nossa Senhora da Luz.

A'vista deste enxame de tantos filhos não fei de que mais me admire, se de ver a ElRei D. Manoel pela fecundidade da Rainha D. Maria feito avô de quasi todos os Principes da Europa; se de ver dahi a sessenta annos passar o Sceptro de Portugal a Principe estranho, por falta dos naturaes.

Tenho porém por hum effeito da especial providencia de Deos para com este Reino, que a D. João II. em cujo tempo pareceo que se acabava a Casa de Bragança, succedesse D. Manoel, que tendo chamado de Castella a D. Jaime seu sobrinho, como que refuscitou huma Familia, que estava destinada para reinar.

No anno de 1498. por meio do singular valor, dexteridade, e pericia de Vasco da Gama, descobrio ElRei D. Manoel a India: a qual depois dentro de poucos annos foi quasi toda sujeita, e tributaria á sua Coroa, por industria do incomparavel Governador Affonço d'Albuquerque, que foi o que conquistou os tres grandes emporios da Asia, Ormuz, Goa, e Malaca.

No anno de 1500 por meio de Pedralves Cabral descobrio tambem a Terra do Brasil, a qual todavia não começou a ser povoada de Colonias nossas, senão no Reinado de D. João III.

Entretanto proseguindo a guerra d'África, conquistou por meio de D. João de Menezes, e d'outros valentissimos Capitães, Azamor, Zafim, Mazagão, Almedina, e outras Praças de impor-

tan-

tioni adjecit: insuper Xerquiam, Garabiam, & Davidam opulentissimas Provincias sibi fecit tributarias. Quae Provinciae & oppida quam fuerint Emmanueli quaestuosae, inde colligere licet, quod ex uno Zafimo quotannis Joanni filio hordei quidem sexcenta & octoginta millia modia, tritici vero tercenta & septuaginta octo millia provenirent.

Tot in Africa & Asia reportatis victoriis toto orbe celebratum, Indici Maris & Commercii Dominum, ac totius Orientis spoliis ditatum, non poterant non maximopere suspicere, summoque in honore habere ceteri Europae Principes. Amplissimis ergo atque honorificentissimis ad Emmanuelem missis Legationibus, amicitiam & societatem ejus enixe ambiere Ferdinandus Rex Catholicus, Carolus Quintus Imperator, Henricus Octavus Rex Angliae, Franciscus Primus Rex Galliae, Dux Austriae, & Respublica Veneta.

Quoniam vero probe intelligebat Emmanuel, suorum praesertim ducum virtute ac laboribus factum esse, ut ipse ad illud felicitatis & gloriae fastigium perveniret, ubi maximis ac potentissimis Europae Principibus non modo admirationi, verum etiam invidiae foret: hac sane de causa curabat ille diligenter, ut quanto quisque melius de se ac de Republica esset meritus, tanto ipse amplioribus & honoribus & censibus ornaretur. Quocirca Velascum de Gamma Comitem creavis Vidigueriae, atque Indici Maris

tancia; e demais a mais fez tributarias a si as riquissimas Provincias de Xerquia, Garabia, e Dabida. As quaes Provincias, e Villas quão rendosas fossem a ElRei D. Manoel, se pôde daqui colher, que só de Zafim provinhão a ElRei Dom João seu filho seiscentos e oitenta mil alqueires de cevada, e trezentos e sessenta e oito mil de trigo.

Achando-se ElRei D. Manoel celebrado em todo o mundo por tantas victorias alcançadas na Africa, e na Asia, e ao mesmo tempo senhor do Mar, e do Commercio da India, e dos despojos de todo o Oriente; não podião os outros Principes da Europa deixar de o respeitar muito, e de o tratar com summa honra. Por via pois de solemnissimas, e authorizadissimas Embaixadas, procurárão ter amizade, e alliança com elle ElRei D. Fernando o Catholico, o Imperador Carlos Quinto, ElRei Henrique VIII. d'Inglaterra, ElRei Francisco I. de França, o Duque de Austria, e a Republica de Veneza.

E porque ElRei conhecia muito bem, que principalmente pelo valor, e fadigas dos seus capitães he que tinha chegado a tal auge de felicidade, e de gloria, que causava não só admiração, mas ainda inveja aos maiores Principes da Europa: por isso tinha grande cuidado, em que quanto maiores erão os serviços que cada hum lhe fazia, tanto mais amplas fossem as honras, e doações, com que os premiaffe. E assim a Vasco da Gama fez Conde da Vidigueira, e Almirante do

) X

Mar

*ris Praefectum : Joannem Menesium Comitem Taracae, & Antistitem Cratensem : Didacum Sylvium, Paedagogum olim suum, Comitem Portalegrii : Didacum Pereriam Forjazium, Comitem Feriae : Martinum a Castello Albo Comitem Villae Novae Portimanae : atque in hunc modum plures alios.*

*Unus Alphonsus Albuquerqueius, unusque Eduardus Paccecus Pereria memorantur Emmanuele regnante de fortunae iniquitate queri potuisse, quod neuter parem ingentibus meritis suis mercedem sit consecutus. Nam Alphonsus, quod pro tota fere India a se debellata postularat ab Emmanuele, ut se Ducem crearet Goae, ea re factus Regi suspectus, ne Comitum quidem Titulo honestatus decessit. Eduardus vero, qui Calecutanis victoriis Indiam ipsam terrore compleverat, pro tot rebus praeclare gestis una donatus Praefectura Sancti Georgii in Regno Congano, ac multis deinde adulationibus apud Regem impetitus, parum absuit, quin Olisipone in vinculis interiret. Sed haec aemulorum invidiae, non Emmanuelis iniquitati imputanda suadet spectata ejus justitia, & in retribuendo liberalitas.*

*Publica opera, atque ea quidem valde sumptuosa & magnifica, Emmanuel fecit quamplurima : in his super Tagi ostium infra Olisiponem Arcem Beblebemiticam, eique proximum insigne Monasterium Jeronymiani Ordinis.*



Mar da India : a D. João de Menezes , que era seu Mordomo Mór, Conde de Tarouca, e Prior do Crato : a D. Diogo da Silva , que fora seu Ayo, Conde de Portalegre : a D. Diogo Pereira Forjaz, Conde da Feira : a D. Martinho de Castello Branco, Conde de Villa Nova de Portimão : e pör este modo a outros muitos.

Affonço d'Albuquerque , e Duarte Pacheco Pereira , são os unicos que se apontão do tempo d'ElRei D. Manoel , que se poderão queixar, de que não serão galardoados , como merecião os seus relevantes serviços. Porque Affonço d'Albuquerque , tendo pedido a ElRei , que em remuneração de ter sujeitado á sua obediencia quasi toda a India , o fizesse Duque de Goa , incorreo por isso na desconfiança d'ElRei , e veio a morrer sem fer nem ainda Conde. E Duarte Pacheco , cujas victorias sobre o Çamorim de Calecut tinham enchido de espanto toda a India , o seu despacho foi darem-lhe a Capitania de São Jorge da Mina, donde veio para este Reino tão carregado de ferros , como de accusações , de forte que lhe custou muito fahir da cadeia. Mas estes exemplos , segundo ElRei D. Manoel era amigo da justiça , e de mão larga em premiar , não se devem attribuir á iniquidade do Rei , mas á inveja dos émulos.

Fez ElRei D. Manoel muitas obras publicas , todas muito sumptuosas , e magníficas : entrellas sobre a Foz do Téjo , abaixo de Lisboa a Torre de Belém , e proximo a ella o insigne Mosteiro da Ordem de S. Jeronymo.

*Legum a se & a superioribus Principibus latarum novum Codicem condidit , maxima cum Reipublicae utilitate.*

*Mortem obiit Olisipone Idibus Decembribus , anno M. D. XXI. quum vixisset annos LII. regnasset XXVI. Situs est in Bethlehemitico Monasterio a se extructo pro detecla India.*

Publicou hum novo Codigo de Ordenações, que continha as suas Leis, e as de outros Príncipes seus Predecessores, com grande utilidade da República.

Morreo em Lisboa a 13 de Dezembro de 1521. com sincoenta e dous annos de idade, e vinte e feis de Rei. Foi sepultado no Mosteiro de Belém, que elle fundára em agradecimento a Deos, por lhe ter descoberto a India.



## JOANNES III.

**J**oannes Tertius Regnum, quod a patre acceperat alta pace immensisque opibus florentissimum, auxit quidem in Asia insignibus aliquot urbibus, ut Dio, & Bassahimo, suae ditioni adjectis opera Nuni a Cunia; sed dimissis in Africa Zafimo, Azamoro, Alcacera, & Arzilla, non leviter fraudavit. Quae res quantum virium & audaciae addiderit Mauris, Sebastiani Regis interitu, & sui pene excidio didicit Lusitania.

Brasiliam in varias divisam Satrapias, idoneis ac strenuis ducibus ad tempus possidendam permisit ea lege, ut quam quisque portionem esset sortitus, oppidis & colonis frequentaret. In quo quidem negotio multum se Joanni probavit opera Martini Alphonsi Sofani, Christophori Jacquii, Eduardi Coellii, & Francisci Pereriae Cotignii.

Accitis ex universa Europa promissione amplissimorum honorariorum, quicumque sacrae profanaeve eruditionis fama ubivis praecelleret, Academiam



## D. J O Ã O III.

**E**LRei D. João III. tendo herdado de seu pai hum reino florentissimo pela alta paz, e imensas riquezas de que gozava, não se pôde negar que o dilatou na Ásia com a conquista de algumas illustres Cidades, como Dio, e Baçaim, que o grande Nuno da Cunha rendeo ao seu imperio: mas he igualmente certo, que na Africa o diminuiu não pouco, largando aos Mouras Zafim, Azamor, Alcacer, e Arzilla. O que deo aos barbaros tantas forças, e tanta audacia, como Portugal veio a experimentar na perda d'ElRei Dom Sebastião, e quasi com a sua ultima ruina.

Dividio ElRei a Terra do Brasil em varios Governos, os quaes deo por certo tempo a capitães habeis, e vaierosos, com condição, que cada hum havia de povoar as Terras, que lhe tivessem cahido por sorte. Neste negocio forão grandes os serviços que fizerão á Coroa hum Martin Affonço de Sousa, hum Christovão Jacques, hum Duarte Coelho, hum Francisco Pereira Coutinho, e outros.

Fez da Universidade de Coimbra huma nova Athenas, chamando para Professores della, e convidando com grossos salarios, todao quantos ho-  
mens

*Conimbricensem alteras quasi Athenas fecit, Scientiarum & Artium omnium studiis spectatissimas. Eo itaque confluxere ex Castella Martinus de Ledesma Dominicanus, Martinus Aspilcueta Navarrus, Franciscus de Monfsono, & Ludovicus Alarconius: ex Gallia Arnoldus Patritius, Nicolaus Gruchius, pluresque alii: ex Scotia Georgius Buchanannus, alterque Patritius ejus frater. Exteris his adjuncti de nostris sunt multi, apud Parisienses & ipsi diversarum Facultatuum Lauream summa cum nominis celebritate adepti: nempe Sacrae Scripturae Interpretes Marcus Romeus, & Pelagius Rodericus Villarinbius: Artium & Linguarum Professores Andreas de Gouvea, Andreas Resendius, Didacus de Gouvea, Didacus Tevius, Joannes Fernandus, Ignatius de Moralibus, Melchior Belliagus, Lupus Gallaecus. Tempus hoc sane Lusitaniae nostrae fuit omnium consensu beatissimum: in quo tum in Hebraicis, tum in Graecis, tum in Latinis Litteris eos progressus fecisse nostros homines magnifica illorum Scripta testantur, ut quod Romanis sub Augusto aureum aevum, id Lusitanis sub Joanne Tertio obtigisse merito dicatur.*

*Quum Olisiponensis, Bracarensis, atque Aegitaniensis Dioeceses latius paterent, quam ut possent commode a suis Antistitibus obiri; effecit cum Romano Pontifice Paulo III. ut tres novae crearentur Episcopales Sedes: Leiriensis, Mirandensis, Portalegriensis: utque Eborensis Ecclesia Metropolitana augeretur Dignitate.*

*Religiosae Disciplinae instaurandae in primis studiosus, Ordinem Canoniorum Regularium Sancti*  
*Au-*

mens grandes tinham então maior nomeada na Europa, tanto nas Letras Sagradas, como nas profanas. De Castella pois concorrêrão para Coimbra Fr. Martinho de Ledesma Dominicano, Martinho Aspilcueta Navarro, Francisco de Monçon, e Luiz d'Alarcão: de França Arnoldo Patricio, Nicoláo Gruquio, e muitos outros até formarem hum Collegio inteiro: de Escocia Jorge Bucanan, e seu irmão Patricio. A estes estrangeiros se ajuntárão muitos dos nossos, que na Universidade de París se tinham tambem doutorado em diversas Faculdades com grande fama do seu nome: a saber, André de Gouvea, André de Resende, Diogo de Gouvea, Diogo de Teive, João Fernandes, Ignacio de Moraes, Melchior Belliago. Este foi o tempo em que a nossa gente fez tantos progressos nas Letras Hebraicas, Gregas, e Latinas, quantos mostram os seus magníficos Escritos; de maneira que a que foi para os Romanos imperando Augusto a idade aurea, essa se diz com razão que foi para os Portuguezes, a em que reinou D. João III.

Achando que as Diocesens de Lisboa, Braga, e Guarda, pela sua demasiada extensão não podião ser visitadas dos seus respectivos Prelados sem grandissimo incómodo; fez com o Summo Pontifice Paulo III., que se crigissem de novo tres Sés Episcopaes: a de Leiria, a de Miranda, a de Portalegre: e que a Igreja d'Evora fosse acrescentada com a dignidade de Metropole Ecclesiastica.

Com o desejo em que ardia de restabelecer nos Claustros a Disciplina Religiosa, reformou a

*Augustini reformavit per Blasium Barrium, ex Sacro Hieronymianorum Monachorum Coetu, primum postea Antistitem Leiriensem: Ordinem Carmelitarum per Baltazarem Limpum, qui postea Antistes fuit Portucalensis, ac Bracarensis: Ordinem Fratrum Praedicatorum per Hieronymum Padilliam: Ordinem Eremitarum Sancti Augustini per Ludovicum de Montoya: Ordinem Cisterciensem per Alphonsum & Henricum fratres, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales.*

*Societati Jesu a Beato Ignatio de Loyola recens institutae Conimbricense Collegium cunas dedit plane regales: ignarus proculdubio, primam Lusitaniam tandem aliquando execraturam, quos prima fuerat admirata.*

*Consiliariis perpetuo usus est prudentissimis & integerrimis: primum quidem Martino a Castello Albo Comite Villanovano, & Ludovico à Silveria Comite Sortellensi: deinde Francisco Portugallio Comite Vimosensi, & Antonio Atabidio Comite Castamerensi. Quo factum, ut domi suis percarus, apud exteros gratosus, nullo umquam sive intestino, sive externo bello fuerit oppugnatus.*

*De ejus in subditos caritate vere paterna exemplum fertur, quo nescio an sublimius aut magnificentius ullum ex aliorum Historiis adferri possit. Enixe a Joanne postulabat Carolus Quintus, ut traderet sibi Communitatum quas vocabant reos quosdam,*  
*Hif-*



Ordem dos Conegos Regrantes de Santo Agostinho por Fr. Braz de Barros Monge Jeronymo , que foi depois o primeiro Bispo de Leiria : a Ordem do Carmo por Fr. Baltazar Limpo , que depois foi Bispo do Porto , e Arcebispo de Braga : a Ordem dos Prégadores por Fr. Jeronymo de Padilha : a Ordem dos Eremitas de S. Agostinho por Fr. Luiz de Montoya : a Ordem de Cister por seus irmãos os Cardiaes D. Affonço , e Dom Henrique.

Instituida de fresco por S. Ignacio de Loyola a Companhia denominada de Jesus , ElRei lhedo por Berço verdadeiramente Real o Collegio de Coimbra : ignorando sem dúvida , que viria tempo , que Portugal fosse o primeiro , que tivesse em execração aquelles mesmos , que primeiro tinha admirado.

Teve sempre por Conselheiros Fidalgos de summa prudencia , e inteireza : primeiro a Dom Martinho de Castello Branco Conde de Villa Nova de Portimão , e a D. Luiz da Silveira Conde de Sortelha : depois a D. Francisco de Portugal Conde de Vimioso , e a D. Antonio de Ataide , Conde da Castanheira. Com isto conseguiu ser amado dos seus , e bem aceito dos estranhos , sem nunca se ver combatido de guerra alguma , ou intestina , ou de fóra.

Do seu amor verdadeiramente paternal para com os vassallos , se conta hum exemplo , que eu não sei se das Historias dos outros Principes se poderá apontar algum , que seja mais sublime , ou magnífico. Pretendia Carlos Quinto com todo o

*Hispanos , qui in Lusitaniam aufugerant ; spondens id ipsum se facturum de Lusitanis reis , si qui in Castellâ versarentur. Quum ea de re ad Sanctiorem Senatûm retulisset Joannes , censuerunt consiliarii omnes , adiuendum Caesaris postulato. Quid tum Rex optimus ? Suorum bonum quibusvis necessitudinibus praeferens , Absit , inquit , ut me irato non habeant subditi , quo confugiant. Nullisque argumentis adduci potuit , ut Carolo tanto Principi , eidemque sororis viro , & uxoris fratri , ea in re morem gereret.*

*Quum ex conjuge Catharina , magni & pene virilis animi parisque prudentiae foemina , sex filios ac tres filias procreasset ; omnibus tamen superstes Successorem sibi vidit futurum nepotem Sebastianum.*

*Vixit annos LV. regnavit XXXV Obiit Olistpone tertio Idus Junios , anno M. D. LVII. Conditus est in Coenobio Beatae Mariae a Bethlehemio.*

empenho , que ElRei D. João III. lhe mandasse entregar certos Hespanhoes , culpados no motim das chamadas Communidades , promettendo fazer o mesmo aos Portuguezes que lá tiveffe. Posto o negocio em Conselho d'Estado , forão todos os Conselheiros de parecer , que se devia fazer a vontade ao Cesar. Que disse então o optimo Rei? antepoñdo o bem de seus vassallos a todas as razões de parentesco , respondeo : *A Deos não praza , que eu tire aos meus Vassallos o unico refugio que tem contra a minha ira.* E nenhuns argumentos o poderão mover , a que nesta parte lifongeasse a hum tão grande Principe , e esse seu cunhado por irmã , e mulher.

Sendo assim , que teve seis filhos da Rainha D. Catharina sua mulher , Senhora de hum animo , e de huma prudencia quasi varonil ; por fim veio a sobreviver a todos , e a deixar por successor no Reino a seu neto D. Sebastião.

Viveo cincoenta e cinco annos , e reinou trinta e cinco. Faleceo em Lisboa a 11. de Junho de 1557. Foi depositado no Convento de Nossa Senhora de Belém.



## SEBASTIANUS I.

**A**Nno M. D. LIV. decimo tertio Kalendas Februarii Olisipone natus est Sebastianus, Joannis Principis non ita pridem defuncti ex Joana uxore posthumus filius. Is Joanne Tertio avo mortuo, sub tutela primum aviae Catharinae, deinde Henrici patruum magni curatissime educatus, adolescens Reipublicae clavum suscepit, qua erat excelsa indole non nisi arma, bella, victorias, imperii & nominis dilatationem animo versabat. Quem laudis & gloriae adpetitum in Sebastiano vehementer accendebant crebri ex India adlati muntii de victoriis, quibus & rem Lusitanam mirifice augebant, & nominis sui fumam longe lateque propagabant Constantinus Brigantinus, & Ludovicus Atabidius. Profecto si ratione ac prudentia regeretur innata ad belligerandum propensio, Regem illa quidem formare potuisset armis invictum, victoriis inclitissimum. Sed dum unum ferocientis aetatis impetum sequitur, cito juvenem in sui perniciem praecipitem egit, maxima nostri cladis, nec minore ignominia.



## D. SEBASTIÃO I.

**N**O dia 20. de Janeiro do anno de 1554. nasceo em Lisboa ElRei D. Sebastião, filho postumo do Principe D. João, e da Princeza D. Joanna sua mulher. Por morte d'ElRei Dom João III. seu avô, ficou entregue á tutela da Rainha sua avô D. Catharina, e depois á do Infante Cardial D. Henrique seu tio segundo. Tanto que teve idade competente tomou posse do governo; e como era d'huma indole elevadissima, não revolvía no seu pensamento, senão armas, guerras, victorias, dilatação de imperio, e de nome. Accendião nelle muito este appetite de gloria, as repetidas noticias, que vinhão da India, das proezas que lá fazião os dous Viso-Reis D. Constantino de Bragança, e D. Luiz de Ataíde. E na verdade, se esta natural propensão para guerrear fosse regulada pela razão, e prudencia, poderia ella formar-nos hum Rei, que viesse a ser invicto nas armas, e inclito em victorias. Mas como se deixou ir unicamente apôs o impeto da braveza, a que o incitava o viço dos annos, mui depressa precipitou ao mancebo Rei na sua ruina, e a nós na perdição, e affronta.

Cor-

*Nam rogatus a Muleyo Mahamete, ut sibi in recuperando Marochiensi Regno praesto esset adversus Muleyum Malucum, anno M. D. LXXVIII. frustra dissuadentibus Philippo Secundo avunculo, & Henrico patruo magno, certe improbantibus cunctis e Proceribus, quibus plus inerat prudentiae ac fidei; in Africam trajecit Sebastianus cum septemdecim armatorum millibus, exercitu scilicet paucitate ipsa hosti facile contemptui habendo, & tironibus atque inexercitatis militibus maximam partem constante levi negotio fundendo. Adeo tamen sua suorumque virtute confidebat Sebastianus, ut ad Alcaceram Quiviriam cum exercitu progressus, mox nullis vallatis aut positis castris, quo ordine processerant, Lusitanam aciem in confertissimos hostes inveni jufferit, quos hostes ad centum quinquaginta millia fuisse, memoriae proditum est. Pugna vero conferta, ita acriter quidem initio Mauris institere nostri, ut partim fuis, partim turbatis iis, qui in fronte locati erant, multi ex mediis ordinibus Fezzam profugerint, perdita omnia conclamantes. Ceterum mox barbaris sibi immenso numero aliis succedentibus, quum jam e Lusitanis desiderarentur, qui ceteris virtute & militari peritia anteibant, nullusque esset praesidio locus; brevi quasi obrutus infinita hostium multitudine, to-*

Corria o anno de 1578. quando Muley Mahamet expulso do throno de Marrócos por Muley Maluco, se valeo dos soccorros d'ElRei D. Sebastião para recobrar o Reino, que lhe fora usurpado. Dissuadirão a ElRei desta empreza assim seu tio materno D. Philippe II., como seu segundo tio paterno o Infante D. Henrique; e não menos todos aquelles Fidalgos, que mais se distinguirão em prudencia, e lealdade. Mas nada bastou, para que ElRei não passasse a Africa com defasete mil homens: exercito que por pequeno ninguem deixava de ver, que sería objecto de desprezo para os inimigos; e que por constar pela maior parte de soldados bizonhos, pouco bastaria para ser derrotado. Mas estava ElRei tão confiado no seu valor, e no dos seus soldados, que sem ter disposto antes arrayal nem trincheiras algumas, assim mesmo como vinhão em marcha, os mandou investir com o inimigo, cujo exercito ficou posto em memoria, que constava de cento e sincoenta mil homens. Ainda assim foi tal a furia com que os nossos se lançarão sobre os Mouros da vanguarda, que não podendo estes supportar o seu primeiro impeto, cahirão muitos delles mortos, e outros fugirão para Fez, gritando que tudo ficava perdido. Mas como em lugar d'huns vinhão succedendo logo outros em número immenso, e dos nossos faltavão já quasi todos os que erão mais valerosos, e exercitados, e não havia acolheita alguma a que se refugiaassem: em breve tempo opprimido da infinita multidão dos barbaros, foi o nosso exercito quasi

*tus fere cum Rege deletus noster exercitus est , caesis de Patriciis plusquam centum , captis octoginta , quorum postea redemptio nummis aureis quadringentis millibus stetit.*

*Ita Annalibus nostris infaustissimo aeternum die mensis Augusti quarto , anno M. D. LXXVIII. intra horas quatuor , cum Rege annos nato viginti quatuor , & nulla ducta uxore caelibe , Lusitanae nobilitatis flos omnis & robur interiit.*

*Corpus Sebastiani Ceptam adsportatum , inde Olisiponem in Coenobium Bethlehemiticum translatum est.*

*Eo regnante Pontificali Sede decorata est Ecclesia Elvensis ab Eborensi divulsa , primo ejus creato Antistite Antonio Mendefio Carvallio.*



do desbaratado, e desfeito com o seu Rei, ficando mortos da classe dos Fidalgos mais de cem, e prisioneiros alguns oitenta, cujo resgate custou depois quatrocentos mil cruzados.

Esta forte no dia 4. de Agosto do anno de 1578. (dia que será para sempre infauftissimo nos nossos Annaes) dentro de quatro horas no campo d'Alcacer Quivir, pereceo juntamente com hum Rei moço de vinte e quatro annos, e Rei solteiro, toda a flor da nobreza, e valor Portuguez.

O corpo d'ElRei D. Sebastião foi levado a Ceuta, e depois trazido a Lisboa, onde jaz no Mosteiro de Belém.

Em seu tempo foi a Igreja d'Elvas separada da de Evora, e feita Cathedral, sendo seu primeiro Bispo D. Antonio Mendes de Carvalho.



# HENRICUS I.

**C**Ui, quæso, Emmanuele Rege in vivis agente venire in mentem potuisset, eidem post abnepotem Regem in imperio succcessurum filium Sacerdotem? Atqui ut semper in ambiguo versantur res humanæ, Sebastiano Emmanuelis abnepoti successit Henricus Emmanuelis filius Cardinalis. Qui ubi primum certus nuntius adlatus est de caeso Rege, & deleto exercitu, statim Alcobatia, ubi tunc temporis versabatur, Olisiponem se conferens, Rex ibi Lusitaniae ab omnibus est salutatus magis lacrimis, quam vocibus. Nam in publica & communi calamitate, neque sine dolore senem Regem excipere poterant, qui juvenem nuper amissum lamentabantur; neque Regi moestis imperaturo licebat sine moestitia Sceptrum in manus sumere.

*Auxit Henrico sollicitudinem & angorem, quod Sacerdote se & aetate pene decrepita, jam de Regno post ipsum adipiscendo inter se contendebant quin-*

*que*



## D. HENRIQUE I.

**A** Quem poderia vir á cabeça, vivendo ElRei D. Manoel , que a elle depois d'hum seu bisneto lhe havia de succeder no throno hum filho Clerigo ? Taes são porém as voltas que dá o mundo, que isso he o que acontecco na realidade: porque depois de D. Sebastião, que era bisneto d'ElRei D. Manoel , veio a ser Rei o Cardinal D. Henrique seu filho. O qual tanto que teve noticia certa da morte d'ElRei D. Sebastião, e da desfeita do seu exercito, do Mosteiro d'Alcobaça onde então se achava, partio logo para Lisboa, onde foi acclamado Rei de Portugal, mais com lagrimas, do que com vozes. Porque n'uma calamidade pública, e que a todos abrangia, nem os Vassallos podião receber sem mágoa hum Rei velho, quando lamentavão perdido hum moço; nem o Rei podia sem tristeza empunhar o Sceptro, entrando a governar huns Vassallos tristes.

Augmentou muito o cuidado, e afflicção de ElRei D. Henrique o ver, que como o consideravão Sacerdote, e n'uma idade quasi decrépita, já em sua vida contendião entre si, sobre qual lhe havia de succeder, finco netos d'ElRei D. Ma-

que Emmanuelis Regis nepotes : Philippus Rex Hispaniarum, Emmanuel Philisbertus Dux Sabaudiae, Raynutius Parmae Princeps, Antonius Cratensis Antistes, & Catharina Joannis Brigantini Ducis uxor. Et quidem ceteris Olisipone apud Henricum causam suam strenue agentibus, unus Philippus quemquam pro se committere aliquantisper recusavit, dicens clarius sibi jus adesse, quam ut in controversiam vocari deberet: neque sibi nato Regi posse quemquam in terris tanquam superiorem jus dicere. Interim tamen Legatum ad Henricum misit Christophorum de Mauva, Castelli Ruderici Marchionem, qui verbis suis avunculo Regi gratularetur imperium adeptum: misit & paullo post Petrum Gironum Ossunensem Ducem, qui omnia quae ad jus ipsius pertinebant, plenissime illum edoceret.

Et vero in tanta competitorum multitudine Henrici eo maxime inclinabat animus, ut Philippum ceteris omnibus anteferret; sive odio ipsius in Domum Brigantinam, sive quod jus potentia metirentur, qui erant a consiliis. Tamen veritus motus popularium, quos sciebat in Antonium Cratensem Antistitem propendere, Almerimi Comitata haberi jubet.

Ibi negotio de designando successore in deliberationem oblato, tanta se aperuit studiorum & sententiarum varietas, ut trepidis Lusitaniae rebus des-

noel: a saber D. Philippe II. Rei d'Esanha, Manoel Filisberto Duque de Saboya, Raynucio Principe de Parma, o Senhor D. Antonio Prior do Crato, e a Senhora D. Catharina Duqueza de Bragança, mulher do Duque D. João. Todos estes representavam por Procuradores o seu direito ante ElRei Dom Henrique, menos D. Philippe II. que ao principio deixou de requerer, dizendo: que o direito que tinha era tão claro, que não havia para que disputar sobre elle: quanto mais que elle como Rei que era, não reconhecia no mundo superior algum, que lhe houvesse de fazer justiça. Entretanto com tudo enviou por seu Embaixador extraordinario a D. Christovão de Moura Marquez de Castello Rodrigo, que em seu nome dêsse a ElRei seu tio os parabens da sua exaltação ao throno: e pouco depois enviou a D. Pedro Giron Duque de Offuna, a fim de instruir plenamente a ElRei de tudo o que fazia a bem seu.

O caso era, que no concurso de tantos competidores, o para quem mais se inclinava ElRei D. Henrique, era D. Philippe II., ou fosse pelo odio que tinha á Casa de Bragança, ou porque os do seu Conselho medião o direito pelo maior poder. Temendo com tudo alguma sublevação da gente popular, que elle sabia estar propensa para o Senhor D. Antonio, Prior do Crato, mandou convocar Cortes para Almeirim.

Aqui posto em deliberação o negocio, de quem se havia de designar successor do Reino, foi tão grande a variedade de inclinações que se  
def.

*perato remedio, in morbum Henricus ipse incidit. Quo magis in dies magisque ingravescente, quinque ex Optimatibus designavit, Didacum Lopestum de Sofa, Joannem Mascareniam, Franciscum Rudericium de Saba, Georgium de Almedia Antistitem Olisiponensem, & Joannem Tellum a Silva, qui se mortuo Regnum in commune administrarent, quoad certo atque indubitato successori Lusitania obveniret.*

*His constitutis, diem obiit extremum in eodem Almeirimo oppido, pridie Kalendas Februarii anno M. D. LXXX. annos natus sexaginta octo, ex quibus regnavit annum unum, menses quinque, & dies quinque. Jacet in Monasterio Beatae Mariae a Bethlebemo prope Olisiponem.*

*Extruxit Arcem Sancti Juliani supra Oceanum ab Olisipone octo passuum millibus. Eborenses Aquaeductum refecit. Atque in eadem urbe insigne Societatis Jesu Collegium & Academiam condidit.*

descobrio nos votos ; que ElRei não achando remédio com que podesse melhorar a crítica situação em que se achavão as cousas de Portugal , cahio n'uma grave doença. Aggravando-se esta cada dia mais , e mais , nomeou cinco Fidalgos , que por sua morte governassem o Reino , em quanto se não decidia , qual era o seu indubitavel Successor. Erão os cinco Governadores estes : Diogo Lopes de Sousa , D. João Mascarenhas , Francisco Rodrigues de Sá , D. Jorge de Almeida Arcebispo de Lisboa , e João Tello da Silva.

Ordenadas estas cousas faleceo ElRei na mesma Villa d'Almeirim , a 31. de Janeiro de 1580. em idade de sessenta e oito annos , e de Reinado hum anno , cinco mezes e cinco dias. Jaz no Mosteiro de Nossa Senhora de Belém junto a Lisboa.

Fez a Torre de São Gião sobre o mar , duas legoas abaixo de Lisboa. Recdificou em Evora o Cano da Agua da Prata : e fundou na mesma Cidade o insigne Collegio da Companhia de Jesus.



# PHILIPPUS I.

**A**ntonio Cratensi Antistite , qui solus de competitoribus Philippo Regi armis resistere ausus erat , ad Olisiponem per Ferdinandum Alvarezium de Toletto victo fugatoque , in Lusitaniam Philippus ipse ingressus est anno M. D. LXXX. exeunte. Statimque in Tomariensibus Comitibus Lusitaniae Rex declaratus , antiquas Regni Leges & privilegia sacra testata se conservaturum , jure jurando spondit. Anno sequenti tertio Kalendas Julii Olisiponem maxima pompa parique civium frequentia exceptus , brevi nostris non solum gravis , sed etiam invisus esse coepit , cum Hispano praesidio Regiae urbis castro imposito , tum praesertim crudelitate in obtrectatores imperii sui. Nam ad duo millia sacri ordinis Philippi jussu occulte interfectos tradunt illius aetatis Auctores locupletissimi , Spondanus & Thuanus : quorum corpora quum ex crypta Arcis Sancti Juliani in mare projicerentur , in causa fue-





## D. FILIPPE I.

**D**Errotado, e posto em fugida junto a Lisboa pelo Duque d'Alva D. Fernando Alvares de Toledo, o Senhor D. Antonio Prior do Crato, que fora o unico dos Competidores ao Reino; que se atrevo a resistir com as armas na mão a ElRei D. Filippe; entrou este em Portugal no fim do anno de 1580. E logo sendo jurado Rei deste Reino nas Cortes de Tomar, jurou elle tambem, que guardaria illesos todos os seus antigos direitos, e privilegios. No seguinte anno a 29. de Junho deo sua entrada em Lisboa com grande pompa, e igual concurso de gente. Mas em breve começou o seu governo a ser não sómente pezado, mas ainda aborrecido aos nossos; assim porque poz no Castello da Cidade guarnição Castelhana, como pela crueldade que começou a exercitar contra os que o davão por hum Rei intruso. Porque gravissimos Authores daquelle tempo, como Monsieur de Sponda, e Monsieur de Thout affirmão, que chegarão a dous mil os Ecclesiasticos, que Filippe mandou matar em segredo: e que lançados no mar por huma gruta subterranea da Fortaleza de São Gião os corpos de tantos justicados, começarão os peixes a desamparar todo

a ii

aque-

re , cur pisces quasi hominum sacrilegia execrati omnem illam oram maritimam deseruerint. Neque cessavit iste piscium sive metus sive horror , nisi postquam rogatu piscatorum ab Georgio de Almedia Olisiponensi Antistite sacris orationibus expiato mari , pristinas illi sedes repetere.

Praeterea Antonium Cratensem Antistitem , quod classibus ex Gallia & Anglia impetratis a contentione recuperandi Regni non desistebat , Maiestatis Reum , & Reipublicae Hostem judicari fecit Philippus , proposito octoginta millium aureorum praemio ei , qui cervicibus abscissum Antoini caput sibi adferret.

Anno M. D. LXXXVIII. maxima post hominum memoriam clade adfectus est , amissa supra Orcades insulas vi tempestatis centum quinquaginta navium adparatissima classe , qua Angliam expugnare intentabat.

Quo tempore in Lusitania versatus est , ( fuit autem ibi biennium ) multa sanxit & Regio Fisco , & Reipublicae perutilia. Portucalae novum Praetorium instituit pro tribus Provinciis Interamnenfi , Transmontana , & Beriensi. Olisipone Arcem Fori Palatini extrui iussit. Ad Cetobricam Arcem Sancti Philippi.

Decem & octo annos Lusitaniae imperavit , magis sua fretus potentia , quam nostrorum fide. Migravit e vita decimo quinto Kalendas Octobris , anno Domini M. D. XCVIII. aetatis LXXI. Sepul-

aquelle contôrno, como horrorizados de tantos facrilegios: de forte que a rogos dos pescadores de Lisboa se vio obrigado o Arcebispo D. Jorge de Almeida a exorcismar as aguas, e então he que os peixes tornárão a acudir aos antigos sitios.

Além disto porque o Senhor D. Antonio Prior do Crato, insistindo na primeira pretensão de recuperar o Reino, negoceára virem em seu favor armadas de França, e de Inglaterra; Philippe o fez declarar por sentença Réo de Leza Magestade, e Inimigo do Estado: e prometteo oitenta mil cruzados de premio, a quem lhe trouxesse a cabeça daquelle desgraciado Principe.

No anno de 1588. experimentou ElRei Dom Philippe a maior perda, de quantas se lembravão os homens: qual foi ser destrojada pela furia dos ventos na altura das ilhas Orcades huma armada de cento e sincoenta náos, com que intentava conquistar Inglaterra.


Nos dous annos que se deteve em Portugal, determinou muitas cousas uteis á boa arrecadação da Fazenda, e administração da Justiça. Creou na Cidade do Porto huma nova Casa de Relação, para maior commodidade dos moradores das tres Provincias d'Entre Douro e Minho, Traz os Montes, e Beira. Mandou fazer em Lisboa o Forte do Terreiro do Paço: e junto a Setuval o Castello de São Philippe.

Reinou em Portugal dezoito annos, fiado mais no feu poder, do que na nossa lealdade. Morreo a 17. de Setembro de 1598. em idade de

fe-

*tusque est in insigni Monasterio Sancti Laurentii Scorialensi, quod Regio plane sumptu Regiaque magnificentia extruxerat voti reus pro victoria ad Sanctum Quintinum.*

setenta e hum annos : e foi sepultado no famoso Mosteiro de São Lourenço do Escorial , que elle fundára com Real grandeza , e sumptuosidade , em cumprimento do voto que tinha feito pela victoria de São Quintim.



## PHILIPPUS II.

**P**hilippus Matrili natus est postridie Idus Aprilis, anno M. D. LXXVIII. Olisipone vivente patre futurus Lusitani Regni Successor declaratus tertio Kalendas Februarii anno M. D. LXXXIII. Is quum visendae Lusitaniae ardentissimo flagraret desiderio, astutia quidem & invidia Purpuratorum, quibus nimium deditus erat, nonnisi extremis vitae temporibus adire potuit. Olisiponem vero ingressus, ea arcuum magnificentia & spectaculorum maiestate a nostris exceptus est, ut palam ipse pronuntiarit, uno eo die magnum se Regem sibi visum.

Eo regnante pristinam Lusitani nominis gloriam in Asia excitavit Andreas Furtadus de Mendocia, multis partis insignibus victoriis de Batavis, de Cugualensi Tyranno, deque Jafanapatano Rege, quibus captis & secum Goam adductis amputari capita iussit.

Per hunc eximiosque alios duces Peguanum & Candeanum Regna suo imperio adiecit. Mare Indicum a Batavis & Anglis praedonibus liberavit. Mauro-



## D. FILIPPE II.

**E**L Rei D. Filippe II. nasceu em Madrid a 14. de Abril de 1578. Foi jurado em Lisboa, em vida de seu pai, futuro successor do Reino de Portugal a 31. de Janeiro de 1583. Tendo ardentissimos desejos de vir a este Reino, os validos que em tudo o dominavão, o tolherão de forte, que só o poude fazer nos ultimos tempos da sua vida. Quando entrou porém em Lisboa, foi tal a magnificencia dos Arcos triunfaes, e tal a magestade dos espectaculos, com que foi recebido dos nossos, que elle mesmo disse publicamente, que só naquelle dia conhecêra que era hum grande Rei.

Em seu tempo excitou André Furtado de Mendoça na Asia a antiga gloria do nome Portuguez com as finaladas victorias que alcançou dos Hollandezes, do Tyranno de Cunhales, e do Rei de Jafanapatão, os quaes trouxe em triumpho a Goa, e depois mandou degollar.

Por meio deste, e d'outros insignes capitães ajuntou ao seu dominio os dous Reinos de Pegú, e de Candea. Alimpou o Mar da India das piratarias dos Coffarios Hollandezes, e Inglezes. Lançou

rum ad quadringenta millia ex Hispania ejecit. Paulum Quintum Pontificem Maximum ac Ferdinandum Secundum Imperatorem multo milite, multaque pecunia juvit.

Lenitate, adfabilitate, & liberalitate nostris percarus, quum Olisipone in Foro Palatino Philippum filium in Lusitaniae administratione successorem suum renuntiari fecisset, Matriti pridie Kalendas Aprilis moritur anno M. DC. XXI. Vixit annos XLIII. regnavit XXII. & menses VI. Jacet in Regio Coenobio Scorialensi.

Ab hoc Philippo nomen & auctoritatem accepit Codex patriarum Legum, quo ad hodiernam diem regitur Lusitania: in quo condendo consilio & opera usus ille est quatuor insignium Jure consultorum nostrorum, Damiani Riberii Aguiarii, Pauli Alphonssi, Georgii Cabedii, & Petri Barbofæ.



çou fóra d'Hespanha perto de quatrocentos mil Mouriscos. Ajudou com grossas sommas de dinheiro, e com muita soldadesca ao Papa Paulo V., e ao Imperador Fernando II.

Foi muito amado dos Portuguezes pela sua brandura, affabilidade, e liberalidade. Por ultimo tendo feito jurar em Lisboa no Terreiro do Paço por seu successor no governo de Portugal a seu filho o Principe D. Filippe; faleceo em Madrid a 31. de Março de 1621. Viveo quarenta e tres annos, e reinou vinte e tres, e seis mezes. Jaz sepultado no Real Mosteiro do Escorial.

Deste Rei D. Filippe recebêrão o nome, e a authoridade as Ordenações, por que até o dia de hoje se governa o nosso Foro; sendo seus Compiladores os quatro famosos Consultos Portuguezes, Damião Ribeiro de Aguiã, Paulo Affonço, Jorge de Cabedo, e Pedro Barboza.



## PHILIPPUS III.

**P**hilippus Tertius initio suscepti imperii egregia multa optimi Reſtoris dedit ſpecimina. Nam Leges novas aliquot rogavit pro tempore neceſſarias; Curias reformavit; in reos Magiſtratus nonnullos ſevere animadvertit. Edixit præterea, ut ubi quis publico muneri obeundo fuiſſet admotus, rei familiaris repertorium exhiberet.

*Sed poſtea ambitioni & impotentiae Purpuratorum mancipatus, illorum negligentia intra paucos annos dimidio fere imperio multatus eſt. Nam Batavis pro veteri in Hiſpanos odio tranſmarinas Colonias invadentibus, amiſit in Africa Sanctum Georgium, in America Pernambucum, in Aſia Malacam, Ormuzum, Columbum, Manaram cum tota fere Ceylamo inſula & ora Malabarica.*

*Neque hic tamen infortuniorum finis: nam tranſmarinis brevi intervallo domeſtica acceſſere, maiori cum jactura ac dolore.*

*Anno igitur M. DC. XL. quum jam Cata-*  
tala-



## D. FILIPPE III.

**D.** Filippe III. no principio do seu governo deo excellentes mostras de hum optimo Rei. Porque promulgou algumas Leis novas de grande utilidade : reformou os Tribunaes : castigou severamente alguns Ministros. E além disto estabeleceo , que dahi em diante todo o que fosse empregado em algum cargo público, dêsse a inventario todos os Bens que possuia ao tempo que entrava a servillo.

Porém depois tendo-se entregado todo á ambição , e despotismo dos Privados , por negligencia delles se vio dentro de poucos annos com quasi menos da ametade do que herdára. Porque invadindo os Hollandezes pelo antigo odio que tinham aos Hespanhoes , as Colonias do ultramar , perdeu em Africa a Capitania de São Jorge da Mina ; na America Pernambuco ; na Asia Malaca , Ormuz , Columbo , Manar , quasi toda a Ilha de Ceilão , e Terras do Malabar.

E não pararáo aqui os infortunios : porque aos do ultramar se seguíráo em breve os domesticos , com mais consideravel perda , e maior dor.

No anno pois de 1640. tendo-se primeiro

re-

talani a Philippo desciscentes, in fidem sese ac clientelam Ludovici decimi tertii Gallorum Regis tradidissent; horum exemplo Lusitani dudum Hispanae dominationis superbia atque avaritia exasperati, Olisipone Kalendis Decembris Regem sibi crearunt Joannem nomine secundum, ordine octavam Ducem Brigantium. Qui sexto post die Regiam urbem ingressus, (absens enim erat Villae Vitiosae, quum Rex Olisipone est declaratus) die tandem decimo quinto ejusdem mensis in Foro Palatino, ritu & caeremoniis antiquorum Regum Lusitanorum Thronum conscendit.

In hoc Lusitanorum memorabili facto acque tota Europa mirata est, & tanti arcani consciis quadraginta tandiu rem celari potuisse Margaritae Mantuanæ, quæ Philippi nomine Lusitaniam administrabat; & unius Michaelis Vasconcellii Sacrorum Scripturum Magistri caede intra horam alterum Regem dejectum, alterum creatum a paucis nullo exercitu, nulla seditione.

Initio quidem consilium patriæ hoc modo in libertatem vindicandæ penes paucos fuit e Proceribus. Apud Antonium de Almada, quo identidem ventitare solebant, primi tantam rem exequi meditati sunt Petrus de Mendocia, Franciscus de Mello, Georgius de Mello ejus frater, Michael de Almedia, & Antonius de Saldania. Sed aliis deinde alios in so-

rebellado os Catalães, que negando obediencia a Philippe se mettêrão debaixo do amparo de Luiz XIII. Rei de França: a exemplo feu os Portuguezes, que de muito tempo vivião exasperados da soberba, e avareza do dominio Castelhano, acclamárão em Lisboa no dia primeiro de Dezembro por feu Rei a D. João segundo do nome, e oitavo na ordem dos Duques de Bragança. O qual seis dias depois tendo entrado naquella Corte, (porque estando ausente em Villa Viçosa he que fora acclamado em Lisboa) no dia 15 do mesmo mez foi inaugurado solemnemente Rei de Portugal, com as ceremonias que se costumavão no levantamento dos Reis antigos.

Nesta memoravel façanha dos Portuguezes tanto admirou a Europa, que hum segredo de que erão sabedores quarenta, não transpirasse a podello presentir Margarida Duqueza de Mantua, que era Governadora de Portugal por ElRei D. Philippe; como que dentro d'huma hora depozeffem os nossos hum Rei, e levantassẽ outro sem nenhum exercito, sem nenhuma fedição, e só com a morte de Miguel de Vasconcellos, Secretario d'Estado da Duqueza Governadora.

O conselho de restituir deste modo a patria á sua antiga liberdade, estêve no principio em poucos. Pedro de Mendonça, Francisco de Mello, Jorge de Mello seu irmão, D. Miguel d'Almeida, e Antonio de Saldanha, forão os primeiros que ajuntando-se de quando em quando em casa de D. Antão de Almada, determinárão pôr em execução

*cietatem facinoris protrahentibus , brevi conjuratorum numerus ad quadraginta excrevit.*


*Animo Philippus fuit excelsus ac munifico : doctorum hominum insignis admirator & fautor : equitandi arte excellens : adloquio disertus & adfabilis : verbo dicam , sola negligentia in regendo infelix : praeclaris interea victoriis aliquot potitus , virtute Ambrosii Spinolae , aliorumque egregiorum ducum.*

*Vixit annos sexaginta quinque , regnavit in Lusitania decem & novem. Facet in Regio Coenobio Scorialensi.*

cução hum tão vasto projecto. Depois alliciando huns aos outros para entrarem na empreza, em breve tempo creſceo o número dos conjurados de forte, que já ſe contavão quarenta.

Foi ElRei D. Filippe III. dotado de hum animo grande, e amigo de fazer mercês: eſtimava, e favorecia muito os homens ſabios: era excellente Cavalleiro: muito diſcreto, e affavel na converſação: n'uma palavra, a negligencia foi ſó quem o fez mal ſucedido; ſe bem que entre tantas deſgraças foi o ſeu Reinado illuſtrado com algumas inſignes victorias, que lhe alcançárão o fa-moſo Ambroſio Spinola, e outros egregios Generaes ſeus.

Viveo ſeſſenta e ſinco annos, e reinou em Portugal dezanove. Jaz no Real Moſteiro do Eſcurial.



## JOANNES IV.

**J**oannes Lusitanorum Regum Quartus nomine , Villae Vitiosae in insigni & gentili oppido Provinciae Transtaganae natus est XIV. Kalendas Aprilis , anno M. DC. IV. parentibus Theodosio Secundo Brigantiae Duce , ejusque conjuge Anna Velascia Joannis Velascii Friensis Ducis filia. Lusitaniam vero sibi ille vindicavit , vel potius ut vindicaret ab Optimatibus Regni incitatus est , exeunte anno M. DC. XL. jure aviae Catharinae , quae per Eduardum patrem neptis erat Regis Emmanuelis. Quod quum plerisque extra Hispaniam Summis Principibus probatum esset , bellum Joannes , quo jam ab Hispanis premebatur , bello propulsare statuit.

Coaesto igitur incredibili celeritate exercitu , aedificataque classe ; ad haec Olisipone muro cincta & portis clausa ; ora etiam maritima ad Cascalium usque crebris munita Propugnaculis ; hostium fines per duces adgressus , brevi in ea Baeticae parte , quae Extremadura hodie dicitur , Vallem Viridem , Villam Novam a Fraxino , Gbelezam , Higueram , Barcaruptam , Alconchelum ; in Callaecia Algias , Zarsam ,

Fræ-





## D. JOÃO IV.

**D.** João o Quarto do nome entre os Reis Portuguezes nasceu em Villa Viçosa Corte de seus Serenissimos avós a 19 de Março de 1604. Forão seus pais o Duque D. Theodosio II., e a Duqueza D. Anna de Velasco filha de D. João de Velasco Duque de Frias. O direito por que elle vindicou para si o Reino de Portugal, ou para melhor dizer, por que elle foi incitado dos Fidalgos do Reino para o vindicar; vinha-lhe por parte da Senhora D. Catharina sua avó, que por seu pai o Infante D. Duarte era netta d'ElRei D. Manoel. O que tendo aprazido fóra d'Hespanha á maior parte dos Soberanos da Europa, resolveo ElRei rebater com as armas a guerra, que os Castelhanos já lhe começavão a fazer.

Juntos pois com incrível presteza exercito, e armada; guarnecida Lisboa de muros, e portas, a Marinha de Fortes até Cascaes; mandou ElRei entrar pelas Fronteiras do inimigo: e em breve se fez Senhor na Extremadura de Val Verde, Villa Nova del Fresno, Chelès, Higuera, Barcarrota, Alconchel; em Galliza das Villas

*Fraxinetam, aliaque non ignobilia oppida in suam redegit ditionem.*

*Ad Montigium vero illustri victoria est potitus. Ubi quum initio equitatu nostro in fugam verso, & Re Tormentaria amissa, jam de parta victoria exultarent Hispani; demum Matthiae Albuquerquei & Joannis a Costa opera factum est, ut quam illi victoriam a nobis reportarant, eam nos ipsis maiori cum gloria eriperemus. Nam dum nihil timentes toti spoliando occupantur hostes, iterum naviter collecti nostri, & ex inopinato in dispersos immoti, non solum Rem Tormentariam recuperarunt, sed etiam maxima in eos strage edita coegerunt terga vertere.*

*Non minori autem felicitate adversus Batavos, quam adversus Hispanos usus, extremo Principatu Atlantici Maris Insulas, & Angolam, & Maranhonium, & Pernambuco recepit.*

*Interea civili administrationi aequè intentus, Rempublicam externo dominatu in multis labefactatam, novis conditis Legibus & institutis in meliorem statum reduxit.*

*Cum Oliverio Cromuelo Angliae ut vocabatur Protectore, societatis & commercii foedus icit, per*  
Joan-

d'Aljas, Zarfa, Frexineda, e c'outras de não menos consideração.

Junto a Mentijo porém ganhou ElRei huma illustre Batalha. Na qual quando posta em defordem a nossa cavallaria, e tomada a artelharia, celebravão já os Castelhanos por sua a victoria; nós gloriosamente lha tirámos das mãos por industria de Mathias d'Albuquerque, e de D. João da Costa. E foi o caso: que a tempo que os Castelhanos muito affoutos estavão todos occupados no despojo, se tornárão os nossos a formar, e a unir; e dando de repente sobre os inimigos, que em nada menos pensavão, não só recuperárão a artelharia, mas tambem matando delles quatro mil, pozerão o resto em vergonhosa fugida, custando-nos esta acção não mais do que novecentos homens entre mortos, e feridos.

Não sendo menor a felicidade d'ElRei na guerra contra os Hollandezes, do que havia sido na d'Hespanha, recobrou Sua Magestade nos ultimos annos do seu governo as Ilhas do Mar Atlantico, o Reino de Angola, o Estado do Maranhão, e o de Pernambuco.

Ao mesmo tempo sem perder de vista a re-  
formação da República, emendou com sabias Leis os abusos, e corruptelas, que era inevitavel se tivessem introduzido nella com hum governo estranho.

Fez Tratado de Sociedade, e de Commercio com Oliveiro Cromuel Protector d'Inglaterra, sendo seu Plenipotenciario neste negocio o Conde de

Pe-

*Joannem Rodericium de Saba Comitem Penaguianum.*

*Quamvis autem tot bellis curisque implicitus, juvandus potius ab aliis Joannes videbatur, quam posse ipse alios juvare; tamen qua erat magnanimitate & humanitate, Ludovico XIII. Gallorum Regi in bello Catalonico, non semel commodavit classem: trepidis rebus Caroli II. Magnae Britanniae Regis egregiam opem tulit: Robertum & Mauritium Palatinos Fratres profugos, non solum passus non est in Olisiponensi portu ab Anglis oppugnari; sed etiam hinc digressos quatuordecim navium classe tutatus est.*

*Divini cultus studiosissimus, Sacellum suum Vilavitosano Palatio adnexum sacra suppellectile ex auro, argento, serico, adsatim instruxit.*

*In Comitibus Olisiponensibus anno M. DC. XLVI. Beatam Mariam a Conceptione suo & Successorum nomine Lusitani Regni Patronam delegit, seque eidem perpetuo veſtigalem fore spondit.*

*Edixit praeterea, nequis in Academia Conimbricensi ad gradum quemlibet proveberetur, nisi ante*

Penaguião João Rodrigões de Sá, seu Camareiro Mór.

E aindaque hum Rei affm embaraçado com tantas guerras, e cuidados parecia que não podia ajudar a ninguem, antes bem que necessitava de que outros o ajudassem; todavia como era muito magnanimo, e humano, repetidas vezes mandou a sua armada em favor de Luiz XIII. de França, quando trazia guerra em Catalunha. Assistio com grossas mezadas a Carlos II. de Inglaterra, quando por morte de Carlos I. seu pai se vio na necessidade de estar ausente de seu Reino. Entrando pela barra de Lisboa os dous Principes Roberto, e Mauricio, filhos do Conde Palatino, fugindo da perseguição que lhes fazião os Parlametos de Inglaterra; não só não permittio, que o General Blac os viesse atacar no rio; mas preparada huma armada de quatorze navios, a mandou sahir em defensão dos Principes, contra a inimiga.

Zelosissimo do Culto Divino, ornou ricamente de peças de ouro, e prata, e de paramentos de seda a sua Capella de Villa Viçosa, que he contigua ao Palacio dos antigos Duques de Bragança.

Nas Cortes que celebrou em Lisboa no anno de 1646. tomou a Virgem Nossa Senhora da Conceição por Tutelar do Reino, promettendo em seu nome, e nos seus Successores, pagar-lhe cada anno o tributo de sinccenta cruzados de ouro.

Ordenou outrossi por Estatuto na Univerfidade de Coimbra, que todo o que nella louvere de tomar

*jurasset , sententiam de Immaculata Dei Genitricis Conceptione se perpetuo amplexurum ac propugnaturum.*

*Optime de se deque Republica meritis gratiam relaturus , multos e Proceribus novos creavit Comites : in his Mathiam Albuquerqueium Alegretensem ; Joannem a Costa Saurensem ; Antonium de Noronia Villae Viridis ; Antonium Tellestum a Silva Villae Paucae. Nonnullos etiam ex Comitibus novos fecit Marchiones : in his Aguiarenses , Cascalienses , Nisenses. Unum Cadavalensis Ducis Titulo ornavit Nunum Alvarezum Percriam de Mello , Ferreriensis Marchionis filium.*

*Primus Theodosium filium natu maximum Brasiliensis Principis nomine decoravit , quem etiam Brigantinum Ducem adpellari voluit.*

*Uxorem habuit Aloysiam Franciscam Gusmanam , Joannis Peresi Gusmani Metymnae Asidoniae Ducis filiam : ex qua suscepit Theodosium , qui anno aetatis decimo nono diem obiit , vivente patre ; Catharinam , quae patre jam mortuo , Carolo Secundo Magnae Britanniae Regi nupsit ; Alphonsum qui patri successit ; Petrum , qui successit Alphonso.*

*Vixit annos LII. regnavit XVI. Decessit Olisipone pridie Nonas Novembris , anno M. DC. LVI. Primusque nostrorum Regum tumultatus est apud Divum Vincentiam.*

mar algum gráo, jurasse antes ter, e defender a Immaculada Conceição da Mãe de Deos.

Em remuneração dos grandes serviços que a elle, e ao Reino havião feito, creou de novo os seguintes Condes: a Mathias de Albuquerque, Conde de Alegrete; a D. João da Costa, Conde de Soure; a D. Antonio de Noronha, Conde de Villa Verde; a Antonio Telles de Silva, Conde de Villa Pouca. Fez tambem de Condes que crão, alguns Marquezes: como o de Aguiar, o de Cascaes; o de Niza. Titulo de Duque só deo hum, que foi o de Cadaval, a D. Nuno Alvares Pereira de Mello, filho do Marquez de Ferreira.

Foi o primeiro, que ao Titulo de Duque de Bragança ajuntou o de Principe do Brasil, na Pessoa de seu Primogenito o Principe D. Theodosio.

Teve por mulher a Senhora D. Luiza de Gusmão, filha de D. João Peres de Gusmão Duque de Medina Sidonia: da qual houve D. Theodosio, que morreo em vida de seu pai, contando dezanove annos de idade; D. Catharina, que casou com Carlos II. Rei da Gran Bretanha; Dom Affonso, que succedeo no Reino ao pai; D. Pedro, que succedeo ao mesmo irmão.

Viveo sincoenta e dous annos, e reinou dezafeis. Faleceo em Lisboa a 6 de Novembro de 1656. E foi o primeiro que se enterrou no Mosteiro de São Vicente de Fóra.



## ALPHONSUS VI.

**A**lphonsus Sextus Hispanico bello strenue per decennium administrato ita inclaruit, ut victoriarum numero, partaque ex eis gloria nullus cum eo comparari possit. Nam quinquies aperto Marte cum Hispanis congressi nostri, & semper quidem multo inferiores numero, quinquies ipsi victores extitere, maxima cum hostium clade & jaetura. Primo ad Badajozum, anno M. DC. LVII. duce Joanne Mendefio Vasconcellio. Secundo ad Elvas, anno M. DC. LVIII. duce Antonio Ludovico Menefio Comite Cantanetensi. Tertio ad Stremotium, anno M. DC. LXIII. in campo quod Ameixiale vocatur, duce Sancio Emmanuele Comite postea Villastorano. Quarto ad Castellum Rudericum eodem anno, duce Petro Jacquesio Magallanio. Quinto apud Montes Claros inter Stremotium & Villam Vitiosam, anno M. DC. LXV. duce iterum Antonio Ludovico Menefio, jam tum Marchione Marialvensi.

Dum





## D. AFFONÇO VI.

**E**L Rei D. Affonço o Sexto com a guerra, que valerosamente sustentou dez annos contra Hespanha, alcançou tão grande nomeada, que ninguem se pôde comparar com elle no número das victorias, e na gloria que dellas lhe resultou. Pois que tendo os nossos em guerra rota vindo ás mãos com os Castelhanos cinco vezes, e sendo sempre muito menos em número; outras tantas sahirão vencedores com grande mortandade, e perda dos inimigos. Foi a primeira Batalha a de Badajoz, anno de 1657. sendo nosso General Joanne Mendes de Vasconcellos. Foi a segunda a das Linhas d'Elvas, anno de 1658. sendo nosso General D. Antonio Luiz de Menezes Conde de Cantanhede. Foi a terceira a do Ameixial junto a Estremoz anno de 1663. sendo nosso General D. Sancho Manoel, que depois foi Conde de Villa Flor. Foi a quarta a de Castello Rodrigo no mesmo anno, sendo nosso General Pedro Jacques de Magalhães. Foi a quinta a de Montes Claros entre Estremoz, e Villa Viçosa, anno de 1665. sendo nosso General D. Antonio Luiz de Menezes, já então Marquez de Marialva.

*Dum nobis vero ita in acie tanta cum Alphon-  
si gloria adridebat fortuna , Olisipone quidem & in-  
tra ipsam Aulam ejus perniciem machinabantur ii ,  
qui novando quaesum faciebant. Faētari inter Auli-  
cos coeptum est , Regem ex gravi morbo , quo puer  
fuerat correptus , non satis compotem mentis & passim  
irasci sine causa , & ubi causa suberat , non irasci  
videri , sed furere. Unice illum delectari contubernio  
& familiaritate flagitiosorum & perditorum homi-  
num , qui Reipublicae & faex sint & pestis. Hos  
ipso fretos Regis favore & gratia multa impune  
patrare horribilia ac nefaria , quae nisi severissime  
puniantur , brevi Reipublicae exitio sint futura. De his  
saepe admonitum a matre , ab uxore , a fidiſſimis &  
gravissimis Procerum , nihil de pristina feritate atque  
impotentia remisſiſſe : imo exitiosora in dies pergere  
eum exempla edere animi efferati & indomiti. Opor-  
tere igitur ultimo omnium remedio saluti Reipublicae  
consuli.*

*His primum inter Patricios quosdam clanculum  
agitatis , deinde in publico & solemnī Trium Ordī-  
num Conventu probatis , ad extremum execrando pos-  
teris exemplo Alphonsum legitimum Regem de Solio  
deturbant subditi , summamque imperii fratri Petro*

Ao mesmo tempo porém, que na campanha se nos mostrava assim rizonha a fortuna, com tanta gloria d'ElRei D. Affonço; em Lisboa pelo contrario, e dentro do mesmo Paço andavão maquiando a ruina do mesmo Rei aquelles, que negociavão com as novidades. Começou-se a espalhar pela Corte, que ElRei de huma grave doença que padecera sendo menino, ficára com alguma lesão de juizo: e que por isso se encolerizava muitas vezes sem causa, e quando a tinha, chegava a cólera a parecer furia. Que todo o seu gosto era acompanhar com homens facinorosos, e de rotos costumes; com homens que erão as fezes, e a peste da Republica. Que estes mesmos fiados no favor d'ElRei, commettião impunemente atrocidades horriveis, as quaes ficando por castigar virião a fer a destruição do Reino. Que tendo sido muitas vezes advertido destas desordens, humas pela Rainha mãi, outras pela Rainha sua mulher, outras pelos mais fiéis, e prudentes Fidalgos, nada tinha ElRei remettido da sua antiga fereza; antes cada dia dava mais funestas próvas de hum animo brutal, e indomito. Que era pois necessario attender á commum conservação com o ultimo remedio.

Estes discursos, que ao principio passavão em segredo entre alguns Fidalgos, forão depois approvados n'um público, e solemne Ajuntamento dos Tres Estados do Reino: de que per ultimo veio a seguir-se, que no dia 23 de Novembro do anno de 1667. com execravel exemplo para os

*deferunt nono Kalendas Decembris , anno M. DC. LXVII.*

*Vixit annos XL. regnavit undecim. Obiit in Palatio Sintrienti pridie Idus Septembris , anno Domini M. DC. LXXXIII. decimo sexto postquam fuerat dejectus. Inde translatus est in Monasterium Bethlehe-miticum duodecimo Kalendas Octobris. Decessit non solum sine liberis , sed etiam nullo declarato de Judicum sententia matrimonio ejus cum Maria Francisca Isabella Sabaudica.*

*Novos creavit Marchiones , Marialvensem Antonium Ludovicum Menesium ; Fontanum Franciscum de Saba Menesium ; Sandensem Franciscum de Mello Turrianum : creavit & novos Comites , Villafloranum Sancium Emmanuelem ; Sancti Vincentii Joannem Nupesium a Cunia ; Avintensem Antonium de Almedia ; Pomberiensem Petrum a Castro Albo ; Sancti Jacobi Laurentium de Sofa : novum Vicecomitem Affecanum Martinum Corream de Saba : novum Baronem Magnae Insulae Ludovicum Sesium de Macedo.*

vindouros , desenthronizarão os Vassallos ao seu legitimo Rei D. Affonso VI., e derão o Supremo Governo ao Infante D. Pedro seu irmão.

Viveo ElRei D. Affonso VI. quarenta annos , e reinou onze. Morreo no Paço de Cintra a 12. de Setembro de 1683. havendo dezaseis que tinha sido deposto. Dalli foi trasladado para o Mosteiro de Belém a 20 do mesmo mez. Não deixou filhos , e o seu matrimonio com a Rainha D. Maria Francisca Isabel de Saboya , foi por Sentença dos Juizes Ecclesiasticos declarado nullo.


Creou de novo tres Marquezes : a D. Antonio Luiz de Menezes , de Marialva ; a Francisco de Sá e Menezes , de Fontes ; a Francisco de Mello e Torres , de Sande. Creou tambem novos Condes , a D. Sancho Manoel de Villa Flor ; a João Nunes da Cunha , de São Vicente ; a Dom Antonio de Almeida , d'Avintes ; a D. Pedro de Castello Branco , de Pombeiro ; a Lourenço de Souza , de Sant-Iago : novo Visconde d'Assica a Martim Correa de Sá : novo Barão da Ilha Grande a Luiz de Souza de Macedo.



## P E T R U S II.

**P***etrus vivente patre Pacis Juliae Dux, fratre dejecto Princeps Regens, eo mortuo Rex Lusitaniae nomine secundus, primum omnium pacem cum Hispanis facta honorificentissimis conditionibus, maximam sui admirationem in subditorum animis excitavit, & spei plenos mire sibi devinxit. Pacem vero amicitia consecuta, Carolum Secundum Hispaniarum Regem in bello adversus Mauros bis feliciter adjuvit: semel quidem auxiliari classe Oranum missa, Praefecto ejus Petro Jacquesio Magallanio; iterum vero Ceptam missa una cohorte, Praefecto ejus Petro Mascarenia Barreto. Quorum adventu & ope utramque obsidionem solvere coacti sunt barbari.*

*Carolo Secundo Hispaniarum Rege vita functo anno M. DCC. quum de Successione Hispanici Regni tota fere Europa in duas Factiones divisa esset, Petrus cum Germanis, Anglis, & Batavis isto foedere, Caroli Austriaci partes tueri constituit adver-*



## D. P E D R O II.

**E**LRei D. Pedro em vida de seu pai foi Duque de Béja; deposto seu irmão, foi Principe Regente; morto elle foi Rei de Portugal o segundo do nome. Logo que entrou a governar foi o seu primeiro cuidado concluir a paz com Hespanha: negocio que lhe deo grandes créditos, e lhe conciliou a affeição de todos, pela prudencia, e ventagens, com que o conseguio. Da paz nasceo a amizade, que sempre conservou com aquella Monarquia: como se vio nos soccorros que mandou a Carlos II. huma vez para defender a praça d'Orão do poder dos Mouros, que a tinhão de sitio, indo por General daquella Esquadra Pedro Jacques de Magalhães; outra para defender a praça de Ceuta sitiada pelos mesmos Mouros, indo a esta empreza com hum Regimento de infantaria Pedro Mascarenhas Barreto.

Morto no anno de 1700. o sobredito Rei Catholico Carlos II., e dividida quasi toda a Europa em dous Partidos sobre quem lhe havia de succeder, fez liga ElRei D. Pedro com os Alemães, Inglezes, e Hollandezes, a favor de Carlos Archi-Duque de Austria, contra seu competidor

Se

Fi-

*sus Philippum Andegavensem , quorum uterque Regem se Hispaniae profitebatur & dicebat.*

*Anno M. DCC. IV. Nonis Martiis , Carolum ipsum in Olisiponense Palatium magnifice excepit Petrus , curatum multos dies regio plane luxu : inde tandem quinto Kalendas Apriles in Hispanicum bellum comitatus est Almediam usque.*

*Positum in conditionibus erat , ut Petrus suis impensis duodecim millia peditum , & tria equitum millia ad bellum contribueret ; ad haec tredecim millia de suis conscriberet sociorum impensis alendos , ex quibus omnibus exercitus conflaretur viginti octo millium Lusitanorum.*

*Praerat Lusitano exercitu Antonius Ludovicus de Sosa Minensis Marchio. Praerat exercitu Sociorum Comes Galluaeus. Progressi usque ad Almediam , quum ad Civitatem Ruderici Aguedam flumen transire conati essent , strenue a Bervicensi Duce Gallorum & Hispanorum Imperatore repulsi sunt. Quocirca re infecta , Olisiponem rediere Rex uterque.*

*Anno sequenti Carolus nova classe , quam ex Anglia Olisiponem adpulerat Schovelus Praetor , Cato- loniam petiit , Barcinonem obsedit , captam sibi Regiam delegit Sedem ; Lusitaniae Oratorem extra ordinem interea temporis apud eum agente Joanne de Almedia Comite Assumarensi.*

*Anno M. DCC. VI. jussus a Petro Minensis Heros cum terrestri exercitu in Hispaniam penetrare ,*  
*rara*



Filippe Duque d'Anjou , cada hum dos quaes se intitulava Rei de Hespanha.

No anno de 1704. a 7 de Março recebeu ElRei D. Pedro com toda a magnificencia no Paço de Lisboa ao Rei Carlos III. E passados vinte dias de luzida , e pomposa hospedagem , a 28 do mesmo o acompanhou para a guerra até Almeida.

Era huma das condições da liga , que ElRei D. Pedro levantasse á sua custa doze mil infantes , e tres mil cavallos ; e á custa dos Alliados mais treze mil , com que se formasse hum exercito de vinte e oito mil homens Portuguezes.

Para General do exercito Portuguez era nomeado D. Antonio Luiz de Sousa , Marquez das Minas. Para General do exercito dos Alliados o Conde Galovvai. Chegados a Almeida , e intentando passar o Rio Agueda , forão valerosamente rebatidos pelo Duque de Bervie , General das Trópas Francezas , e Hespanholas. Pelo que sem terem feito cousa alguma memoravel , se recolhêrão ambos os Reis a Lisboa.

No seguinte anno de 1705. n'outra armada Ingleza , que apportou em Lisboa , Almirante o Cavalleiro Schovvel , partio Carlos III. para Catalunha , onde tomada Barcelona escolheo esta Cidade para sua Corte ; assistindo-lhe entre tanto como Embaixador extraordinario de Portugal D. João de Almeida Conde d'Assumar.

No anno de 1706. por ordem d'ElRei Dom Pedro entrou o Marquez das Minas com o nosso exercito por Hespanha dentro , e com huma feli-

rara felicitate intra unum Martium mensem Caroli ditioni subjecit Brocas, Alcantaram, Cauriam, Galistaeum, Caceres, Truguillum, Placentiam, & quidquid locorum hinc inde Tago adluitur. Aprili sequente Civitatem Ruderici, Salmanticam, & Abulam. Junio exeunte Matritum quasi triumphans ingressus est, unde paucis ante diebus aufugerat Philippus.

Dum haec in Hispania geruntur, Olisipone ingravescente morbo, quocum a reditu Beriensis expeditionis conflabatatur, moritur Petrus quinto Idus Decembris, eodem illo anno M. DCC. VI. quum vixisset annos LVIII. regnasset XXXVIII. Sepultus est in Regio Coenobio Sancti Vincentii.

Primam ille uxorem duxit Mariam Franciscam Isabellam Sabaudicam, Nemurcensis & Aumalensis Ducis filiam, ex qua unam suscepit Isabellam Principem. Et hanc quidem ut futuram Regni Heredem anno M. DC. LXXXII. Victori Amadaeo Sabaudiae Duci desponderat pater. Jamque pro deducendo tanto Sponso Nisam accesserat Regia classis octo navium ductu Petri Jacquesii Magallanii. Jam Taurini apud ipsum Regii Oratoris munus splendidissime obierat Nunnus Alvarezus Pereria de Mello Cadavallensis Dux. Jam denique pactarum nuptiarum laetitiam publice

tes-

cidade rara no espaço de hum só mez de Março rendeo á obediencia de Carlos III. Brossas, Alcantara, Coria, Galisteo, Cáceres, Truguailho, Placencia, e tudo o mais que de huma, e outra parte bebe no Téjo. No seguinte mez d'Abril tomou Ciudad Rodrigo, Salamanca, e Avila. No fim de Junho entrou como triunfante na Corte de Madrid, da qual poucos dias antes se tinha retirado Filippe V.

Em quanto estas cousas se passavão em Hespanha, se aggravou em Lisboa a ElRei D. Pedro a doença, que des da volta da Beira o atacára; e se aggravou de forte, que della faleceo a 9. de Dezembro do mesmo anno de 1706. tendo de idade sincoenta e oito, e de Reinado trinta e oito. Foi sepultado no Real Mosteiro de São Vicente.

Casou a primeira vez com a Rainha Dona Maria Francisca Isabel de Saboya, filha do Duque de Nemurs e Aumale, da qual teve huma unica filha, que foi a Princeza D. Isabel. A esta como futura Herdeira do Reino a tinha ElRei seu pai ajustado a casar com Victor Amadeo Duque de Saboya no anno de 1682. E já para conduzir este Principe tinha apportado em Niza a Real Esquadra, que constava de oito náos, General Pedro Jacques de Magalhães. Já o Duque de Cadaval D. Nuno Alvares Pereira de Mello tinha dado em Turim huma luzidissima Embaixada a este assumpto. Já finalmente para testemunhar com hum público monumento a satisfação, e alegria que lhe cau-

*testaturus Numisma aureum magni ponderis cudi iusserat Petrus, in cuius antica haec legebatur Inscriptio: Petrus D. G. Portugal. & Algarb. Princeps. In postica haec: In hoc Signo Vinces. Respiciam & Videbo. Circum circa vero haec: Ut portent Nomen meum in exteras gentes. Sed quum interea Sabandus Princeps propositum mutasset, & spe nubendi excidit Isabella, & anno sequenti mortua Regina ad secundas nuptias convolavit Petrus. Alteram igitur uxorem sibi copulavit Mariam Sophiam Neoburgicam, Philippi Wilielmi Palatini Comitis & Electoris filiam, ex qua virilis sexus quatuor sustulit; Joannem, & Franciscum, & Antonium, & Emmauelem; foeminei unam Franciscam.*

*Obiit Regina Maria Francisca sexto Kalendas Januarias anno M. DC. LXXXIII. Princeps Isabella duodecimo Kalendas Novembris anno M. DC. XC. Regina Maria Sophia pridie Nonas Augusti anno M. DC. XCIX.*

*Suscepit praetera ex diversis concubinis Michaellem, Josephum, & Aloysiam. Ex quibus Michael uxorem duxit Aloysiam Casimiram de Sosa Nassaviam, inclitae Aruncensis Domus Heredem, eandemque a Joanne V. Alafoniensem Ducem creatam. Josephus sacris initiatus, & Theologica Laurea in Eborensi Academia decoratus, Bracarensis postea fuit Antistes. Aloysia, quum primum maritalata esset Ludovico Ambro-*

caufava este casamento, tinha o Principe Regente mandado cunhar hum Medalhão d'ouro, o qual de huma parte offerencia o feu Retrato com esta Letra: *D. Pedro por Graça de Deos Principe de Portugal, e dos Algarves*: da outra as Quinas de Portugal com os Castellos sobre a Cruz de Christo, e dizia á roda: *Neste final vencerás. Eu olharei, e verei*: e na grossura da moeda as palavras seguintes: *Para levarem o meu nome ás Nações estrangeiras*. Entretanto mudou o Duque de Saboya de tenção, e a Princeza ficou sem casar: e morrendo dahi a hum anno a Rainha D. Maria Francisca, passou ElRei a segundas nupcias com a Rainha D. Maria Sofia de Neobourg, filha de Philippe Vilhelmo Conde, e Eleitor Palatinò, da qual teve quatro filhos, e huma filha: o Principe D. João, e os Infantes D. Francisco, D. Antonio, D. Manoel, e a Infanta D. Francisca.

Faleceo a Rainha D. Maria Francisca a 27. de Dezembro de 1683. a Princeza D. Isabel a 21 de Outubro de 1690. a Rainha D. Maria Sofia a 4 de Agosto de 1699.

Não legitimos teve ElRei D. Pedro de diversas mulheres o Senhor D. Miguel, o Senhor D. José, e a Senhora D. Luiza. O Senhor Dom Miguel casou com D. Luiza Casimira de Souza, e Nassau, Herdeira da inclita Casa d'Arronches, e por mercê d'ElRei D. João V. Duqueza de Alagoas. O Senhor D. José seguiu a vida Ecclesiastica, doutorou-se em Evora, e foi Arcebispo de Braga. A Senhora D. Luiza primeiramente casou

com

*brofio de Mello Cadavallensi Duci, eo sine liberis vita functo, rursus nupsit Jameti de Mello Ludovici fratri ac successori.*

*Michaele autem & Aloysia Casimira parentibus nati sunt Petrus Henricus Brigantinus, Dux Alafo-nienfis, idemque Praefectus Praetorio, qui anno M. DCC. LX. Olifipone caelebs obiit: Joannes Carolus Brigantinus, qui sub Josepho I. tota fere Europa laudatiffime peragrata, summoque in honore Regibus & Principibus habitus, anno tandem M. DCC. LXXIX. reversus in patriam a Maria I. Dux Alafoniensis est creatus, & nuper etiam Supremus Armorum Praefectus pro Regia Urbe & Extremadura Provincia. Joanna Perpetua Brigantina, quae Ducis quoque decoribus ornata, anno M. DCC. XXXVIII. Ludovico Castrio Marchioni Cascaliensi in matrimonium locata fuit, & superiori anno M. DCC. LXXXV. vidua defuncta.*

*Novos Comites creavit Petrus Franciscum Mascareniam Coculimensem; Josephum Menesium Vianensem; Emmanuelem Cotignium Rotundensem; Dionysium de Mello Castrum Galveanum; Petrum de Almedia Assumarensem; Michaelem Ludovicum Menesium Valladarensem; Franciscum Tavoranum Albo-rensensem; Lupum Furtadum de Mendocia Magni Fluvii; Petrum Jacquesium Magallanium Vicecomitem Fontis Arcuati; Alphonsum Furtadum de Mendocia Vicecomitem Barbacenarum.*

*Nonnullos etiam denuo ex Comitibus fecit Mar-  
chio-*

com o Duque de Cadaval D. Luiz Ambrosio de Mello; e morto este sem filhos, segunda vez com o Duque D. Jaime - de Mello irmão do defunto, tambem sem successão.

Do Senhor D. Miguel, e da Duqueza de Alafões D. Luiza Casimira nascerão tres filhos: D. Pedro Henrique de Bragança, que foi tambem Duque de Alafões, e Regedor das Justiças, e morreo solteiro no anno de 1760. D. João Carlos de Bragança, que depois de correr em tempo d'ElRei D. José I. quasi todas as Cortes da Europa com muitos gabos, e grandes estimações dos Soberanos dellas; por fim restituído á patria no anno de 1779. foi pela nossa Augusta Rainha D. Maria I. creado Duque de Alafões, e agora de proximo General das Armas da Corte, e Provincia da Estremadura. D. Joanna Perpétua de Bragança, que ornada tambem com as Honras de Duqueza casou no anno de 1738. com D. Luiz de Castro Marquez de Cascaes, e no proximo passado de 1785. morreo viuva.

Creou ElRei D. Pedro estes Condes de novo: a D. Francisco Mascarenhas, de Coculim; a D. Manoel Coutinho, do Redondo; a Diniz de Mello, e Castro, das Galveas; a D. Pedro de Almeida, de Affumar; a D. Miguel Luiz de Menezes, de Valladares; a Lopo Furtado de Mendocça, do Rio Grande: a Pedro Jacques de Magalhães, Visconde de Fonte Arcada; a Affonço Furtado de Mendocça, Visconde de Barbacena.

Fez tambem alguns novos Marquezes, que já

*chiones: in his Joannem Mascareniam Fronterensem, & Emmanuelem Tellesium a Silva Alegretensem.*

*Petri etiam rogatu in Brasilia Metropolitico honore ornata est Ecclesia Babiensis, novaeque Pontificales Sedes institutae apud Pernambuco, Fluvium Januarium, & Maranonium: novae etiam apud Sinas institutae Pekimi, & Nankimi.*



erão Condes : entrelles a D. João Mascarenhas, de Fronteira, e a Manoel Telles da Silva, d'Alegrete.

Outrosi a' rogos do mesmo Rei foi a Igreja da Bahia crecta em Metropolitana; e creados de novo no mesmo Brasil os Bispados de Pernambuco, Rio de Janeiro, e Maranhão; na China os de Pékim, e Nankim.



# JOANNES V.

**J**oannes Quintus Olisipone natus est undecimi Kalendas Novembris anno M. DC. LXXXIX. Princeps declaratus Kalendis Decembribus anno M. DC. XCVII. Patre mortuo Regnum capeſſit quinto Idus Decembris anno M. DCC. VI. Denique Rex inauguratus Kalendis Januarii ſequentis anni.

Anno M. DCC. VIII. menſe Octobri uxorem duxit Marianam Auſtriacam, Leopoldi Auguſti & Eleonoræ Auguſtæ filiam, quam Vindobona ſplendidiffima atque adparatiſſima claſſe ſtipatam navium quatuordecim Olisiponem deduxerat Ferdinandus Telleſius Silvius Villarmaiorius Comes.

Quum annos duos nulla eſſet exhilaratus ſobole, Beato Antonio Olisiponenſi voto ſeſe obſtrinxit, ſi prolem ſibi a Deo impetraſſet, dedicaturum ſe ejus nomini Coenobium in primis magnificum & ſumptuoſum. Quod quam fuerit Deo acceptum, brevi demonſtravit ortus quinque liberorum: ex quibus Maria nata eſt pridie Nonas Decembris anno M. DCC. XI. Jo-



## D. JOÃO V.

**E**LRei D. João V. nasceu em Lisboa a 22. de Outubro de 1689. Foi jurado Principe Herdeiro no 1. de Dezembro de 1697. Morto ElRei seu pai, tomou posse do Reino a 9. de Dezembro de 1706. Ultimamente foi aclamado no 1. de Janeiro do seguinte anno.

No anno de 1708. casou com a Rainha Dona Mariana d'Austria, filha do Imperador Leopoldo I., e da Imperatriz D. Leonor: a qual Rainha tinha sido conduzida a Lisboa n'uma bem equipada, e brilhante Armada de quatorze náos, pelo Conde de Villar Maior Fernão Telles da Silva.

Como passados dous annos não tivessem tido os Reaes Consortes successão alguma, fez ElRei voto a Santo Antonio, que se lha alcançasse de Deus, consagraria ao seu nome hum magnífico, e sumptuoso Convento. Mostrou em breve o successo; quanto o voto fora aceito ao Altissimo. Porque dentro de poucos annos vio ElRei a sua Real Familia multiplicada em cinco filhos: dos quaes a Infanta D. Maria nasceu a 4. de Dezembro de 1711. o Principe D. José a 6. de Junho de

*sephus Princeps postridie Nonas Junias anno M. DCC. XIV. Carolus sexto Nonas Maias anno M. DCC. XVI. Petrus tertio Nonas Julias anno M. DCC. XVII. Alexander octavo Kalendas Octobris anno M. DCC. XXIII.*

*Bellum pro Carolo Austriaco a patre susceptum usque adeo non intermisit, ut potius maiori continuaretur vi, ancipiti quidem Marte, sed non ancipiti fide. Et ut paucis complectamur verbis, quod longa temporum & locorum intercapedine gestum est: anno M. DCC. VIII. deletus Foederatorum exercitus fuit ad Almansam, captaeque ex eo cohortes tredecim. Rursum anno M. DCC. IX. ad Cayam fluvium ingentem cladem accepit equitatus noster, caesa Draconum Transmontanorum turma, captoque ejus Tribuno Comite Sancti Joannis.*

*Contra anno M. DCC. X. bis a nobis stetit victoria: primum ad Caesaraugustam, deinde ad Villam Vitiosam, Ductore foederati exercitus Guidone Baldo Starambergensi Comite; Praefectisque Lusitanorum Petro Emmanuele Comite Atalayensi, & Petro de Almedia Comite & ipso postea Assumarensi.*

*Quamvis autem eodem anno magis proditione quam armis, erepta nobis fuerit Miranda, Transmontanae Regionis caput; non diu tamen illa in potestate hostium mansit. Nam sequenti anno M. DCC.*

de 1714. o Infante D. Carlos a 2. de Maio de 1716. o Infante D. Pedro a 5. de Julho de 1717. o Infante D. Alexandre a 24. de Setembro de 1723.

A guerra que ElRei D. Pedro feu pai tinha emprendido a favor de Carlos Archiduque d'Austria, tanto a não interrompeo ElRei D. João, que antes a continuou com maior actividade; procedendo nella com diversa fortuna, mas sempre com a mesma boa fé. E para recopilarmos em breve os successos d'humã tão dilatada guerra, no anno de 1708. foi o exercito dos Alliados roto, e desbaratado na Batalha junto a Almanfa, e feitos prisioneiros treze Regimentos nossos. Segunda vez no anno de 1709. na Batalha junto ao Caya teve grande perda a nossa Cavallaria, da qual o Regimento dos Dragões de Traz os Montes quasi todo foi passado á espada, e prisioneiro o Conde de São João, que era seu Coronel.

Pelo contrario no anno de 1710. duas vezes esteve por nós a victoria: humã na Batalha de Sarragoça, outra na de Villa Viciosa, sendo General das tropas alliadas o Conde de Estaramberg Guido Baldo; e Generaes das Portuguezas D. Pedro Manoel Conde d'Atalaia, e D. Pedro de Almeida, que depois foi Conde d'Assumar.

E ainda que neste mesmo anno perdemos a Cidade de Miranda, mais por entrega que della se fez, do que á força darmas: não foi muito tempo, que ella esteve em poder dos inimigos. Porque logo no seguinte anno de 1711. sendo blo-  
quea-

XI. *obsessa a Joanne Emmanuele, Petri Emmanuelis minore fratre, intra paucos dies nobis se dedidit cum Praefecto suo Antonio de Mendocia Sandovallio, & militibus mille ac triginta sex. Eodemque fere tempore in Caroli ditionem redacta sunt apud Legionenses Carvajales, Alcanissae, & Senabria, ductu Petri Mascareniae Transmontanorum Praefecti; in Baetica vero Almendralium, Nogales, & Sarza, ductu Petri Noroniae Comitis Villae Viridis, Praefecti Translaganorum.*

Anno M. DCC. XII. *quasi insigni aliquo facinore vellet inclarescere, nobile Translaganae Provinciae oppidum Campum Maiorem Bayensis Marchio obsedit decem millibus peditum, & octo millibus equitum. Erant tunc temporis intra moenia qui stipendia mererent, pedites omnino nongenti cum tercentis oppidanis, & equitibus quadraginta: sed auxiliis semel, iterum, ac tertio feliciter intromissis auxiliis, ea arte ac virtute hostium impetum propulsarunt nostri, ut desperata victoria solvi obsidionem jussit Gallus Imperator, amissis de suis duobus millibus, quum de nostris sexaginta tantum fuerint desiderati. Cujus defensionis praecipuam gloriam jure merito sibi vindicarunt Ludovicus a Camara Comes Riberianus, & Ludovicus Menesius Comes Ericerensis.*

*Ita pertinacissimum bellum, quod victores in-*  
choa-

queada por D. João Manoel irmão do Conde Dom Pedro d'Atalaia, dentro de poucos dias se rendeo com o seu Governador D. Antonio de Mendoça Sandoval, e mil e trinta e feis foldados. E quasi pelo mesmo tempo forão sujeitas á obediencia de Carlos III. no Reino de Leão as Villas de Nogales, Alcamiffas, e Senabria, por Pedro Mascarenhas Governador da Provincia de Traz os Montes: na Estremadura Almendral, Nogales, e Zarça por D. Pedro de Noronha Conde de Villa Verde, Governador da Provincia d'Alémtejo.

No anno de 1712. como se quizeffe conseguir nome com a empreza de algum illustre feito, veio o Marquez de Bay sitiari a notavel Praça de Campo Maior com oito mil cavallos, e dez mil infantes. Não havia então na Praça capazes de pegar em armas, senão obra de novecentos homens pagos, e trezentos paifanos, e quarenta cavallos. Porém sendo engrossados com os soccorros, que por tres vezes forão felicemente introduzidos na Praça, se heuverão os sitiados com tal arte, e esforço no rebater os assaltos do inimigo; que o General Francez perdida toda a esperança de ganhar a Praça, mandou levantar o cerco, em que se achou que perdêra dous mil homens dos seus, quando dos nossos só faltarão sessenta. Na qual defensão justamente foi attribuida a principal gloria a D. Luiz da Camara Conde da Ribeira Grande, e a D. Luiz de Menezes Conde da Ericeira.

Assim vencedores acabárão os Portuguezes hu-

choarant, victores finierunt Lusitani. Nam solutam Campi Maioris obsidionem brevi secutae sunt decretae Ultrajectensi Traclatu induciae generales: induciis vero haud multo post successit pax, eodem Ultrajectensi Foedere demum composita, & reciprocis Legationum Subscriptionibus confirmata, postridie Nonas Februarii, anno M. DCC. XV.

Profligato bello Hispanico, novam post biennium vincendi occasionem Lusitano militi offert Joannis fortuna. Turcae reducto jam in suam potestatem Peloponneso, Corcyrae insulae minabantur: timorque ingens inceserat Pontifici & Venetis, ne si Corcyra potirentur barbari, in Italiam deinde invaderent. Anxius imminentis mali periculo Clemens XI. auxilium a Lusitano Rege orat. Jubet is protinus sex adparari naves, quibus summo imperio praeficit Lupum de Mendocia Furtadum Magni Fluvii Comitem, eique proximum Emmanuelem Carolum de Tavora Comitem Sancti Vincentii. Ubi in mutuum conspectum venere utraque classis, Turcae quasi ex solis Lusitanis constaret Christiana, primos nostros magno impetu adoriuntur. Atrous committitur pugna, quae decem duravit horas: sed in qua tamen ita Lusitanorum virtus dexteritasque enituit, ut versis in fugam barbaris ingenti navium & classiariorum strage, prius Veneti partae a nostris victoriae spectatores fuerint, quam ullum cum hostibus certamen iniissent.



ma tão porfiada guerra , que vencedores tinham também principiado. Porque ao levantamento do sitio de Campo Maior se seguiu logo o Armistício , que se havia decretado no Congresso d'Utrecht : e ao Armistício succedeo não muito depois pelo mesmo Tratado de Utrecht a conclusão da paz , que ultimamente foi affinada de parte a parte pelos respectivos Plenipotenciarios , a 6. de Fevereiro de 1715.

Acabada a guerra de Espanha deparou a fortuna d'ElRei D. João V. huma nova occasião de triumpho á soldadesca Portugueza. Foi assim , que o Turco depois de se ter já feito senhor da Moréa , ameaçava a ilha de Corfú : e estavam o Papa , e os Venezianos em grande susto , de que tomada Corfú , não invadissem os barbaros a Italia. Cheio deste temor pede o Papa Clemente XI. soccorro a ElRei D. João. Manda este logo preparar seis náos , e tendo nomeado por General desta esquadra ao Conde do Rio Grande , Lopo Furtado de Mendôça , e por Almirante ao Conde de São Vicente Manoel Carlos de Tavora , manda fazer á véla para o Levante. Tanto que as duas Armadas se avistárão huma a outra , os Turcos como se a Christã não constasse senão de Portuguezes , investem com grande impeto aos nossos. Dá-se huma crua Batalha , que durou dez horas : mas Batalha em que assim brilhou o valor , e destreza dos Portuguezes , que primeiro foi verem os Venezianos retirar-se os barbaros com grande estrago das suas náos , e gente , que terem com elles algum recontro.

*Annus vertebatur M. DCC. XVII. quo haec gesta sunt. Eodemque anno Rex armis inclitus, eximiam suam in Deum pietatem duobus praeclaris monumentis consignavit. Nam & amplissimi Coenobii Mafrensis fundamenta jecit voti reus, & Palatinum Sacellum Beato Thomae Apostolo sacrum Patriarchalem Basilicam fecit.*

*Ac quod ad Mafrense quidem Coenobium adinet, aedificium illud est molis vastitate, & architecturae lautitia ita conspicuum, ut pauca cum eo in Europa comparari possint; lapidum vero nitore & pelluciditate prorsus singulare. Tercentorum & amplius Alumnorum capax incolendum Rex dedit Franciscani Ordinis Sodalibus Reformatis, quos Arrabidos vocant. Qui quum illud totis quadraginta annis habitassent magna religionis & doctrinae fama; nuper tamen quod Franciscanam paupertatem & modestiam parum decere videbatur tanta ac tam magnifica Domus; a Josepho Rege de consensu Romani Pontificis Clementis XIV. inde exire Arrabidi jussi sunt, ipsisque succedere Canonici Augustiniani.*

*De Patriarchali vero Basilica id inter Joannem Regem V. & Clementem Pontificem XI. conventum est, ut una Olisipone in duas Civitates divisa, & in duas Episcopales Sedes, veteri quidem Metropoli-*

Corria o anno de 1717. quando isto succedeo. E neste mesmo anno ElRei, que pelas armas se tinha já feito muito glorioso, assinalou com dous illustres Monumentos a sua eximia piedade para com Deos. Porque nelle deo principio ao magestoso Convento de Mafra em fatisfação do voto que fizera; e erigio em Basilica Patriarcal a Capella do seu Paço, que era dedicada ao Apóstolo São Thomé.

Pelo que toca ao Convento de Mafra, he este hum edificio, que na vastidão da obra, e primor da architectura, poucos se conhecem pela Europa, que se possam comparar com elle; no brilhante porém, e transparente das pedras, inteiramente singular. Capaz como he de recolher em si passante de trezentos Religiosos, ElRei o deo aos Padres Reformados da Ordem de São Francisco, que entre nós se chamão *Arrabidos*. Estes o habitarão alguns quarenta annos com grande crédito de religião, e de boa doutrina. Mas ha pouco tempo, que na consideração, de que huma Casa tão grandiosa não dizia bem com a pobreza, e humildade Franciscana, mandou ElRei Dom José I. com approvação do Summo Pontifcê Clemente XIV., que em lugar dos Franciscanos Reformados a fossem habitar os Conegos Regulares de Santo Agostinho.

Sobre a Basilica Patriarcal, negoceou ElRei com o Papa Clemente XI. que dividida Lisboa em duas Cidades, e em duas Sés Episcopaes, ficasse a antiga Metropolitana governando a parte do Ori-

*tanae Oriens, novae autem Patriarchali Occidens pareret. Fuitque primus creatus Olisiponensis Patriarcha Thomas de Almedia, Episcopus olim Lamecensis, & tunc Portucalensis.*

*Postea a Clemente XII. obtinuit Joannes, ut quicumque foret Patriarcha Olisiponensis creatus, idem mox Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis fieret. Quare anno M. DCC. XXXVII. mense Decembri, Thomam de Almedia Romanorum Purpuratorum Albo adscripsit idem Pontifex.*

*Novissime anno M. DCC. XL. rogatu ejusdem Regis, & auctoritate novi Pontificis Benedicti XIV. extincta Metropolitana Sede, sicut in unam Civitatem, ita in unam Patriarchalem Ecclesiam duplex Olisipo coaluit: tuncque etiam splendido Principalium Titulo decorati sunt, qui antea Canonici vocabantur.*

*Neque hic tamen constitit Joannis Regis in divino cultu provchendo ardor incomparabilis. Nam eodem tempore vetus Brigantinorum Ducum Sacellum, quod Villae Vitiosae est, pulcherrimo lapide Stremotiensis intus vestitum, immensa argenteorum vasorum pietaeque vestis copia ornavit: obtinuitque praeterea ab eodem Pontifice Benedicto XIV. ut Sacello ipsi in perpetuum Decanus Episcopus praesideret.*

*Eodem Joanne Auctore tres novae in Brasilia creatae sunt Paraeciae Episcopales: Parabensis, Mariamaea, & Sancti Pauli.*

*Nihil tamen Joannis in Deum & Coelites mu-*  
nisi-

ente, a Patriarcal a do Occidente. E foi creado primeiro Patriarca D. Thomáz de Almeida, que havia sido Bispo de Lamego, e actualmente o era do Porto.

Depois alcançou ElRei do Papa Clemente XII. que todo o que fosse feito Patriarca de Lisboa, esse mesmo fosse logo creado Cardeal da Santa Igreja Romana. Pelo que no mez de Dezembro do anno de 1737. fez o mesmo Papa Cardial ao Patriarca D. Thomaz d'Almeida.

Ultimamente no anno de 1740. a rogo do mesmo Rei, e por authoridade do novo Summo Pontifice Benedicto XIV. extincta a Sé Metropolitana ficou Lisboa reduzida a huma só Cidade, e a huma só Igreja Patriarcal. E então foi tambem que aos seus chamados antes Conegos se deo o brilhante Titulo de *Principaes*.

Não parou aqui com tudo o incomparavel fervor d'ElRei em promover o culto Divino. Porque ao mesmo tempo a antiga Capella, que os Duques de Bragança tinham em Villa Viçosa, ElRei a mandou guarnecer por dentro de excellentes marmores de Estremoz, e enriqueceo os seus Altares de huma immensa quantidade de peças de prata, e de ornamentos bordados. E fez outrossi com o Papa Benedicto XIV. que o Presidente da Capella fosse sempre hum Deão Bispo.

Ao zelo do mesmo Rei deve o Brasil a erecção dos tres novos Bispados do Pará, de Mariana, de São Paulo.

Mas nenhuma cousa recommenda tanto o magní-

nificum animum aequè commendat, ac Sacellum Beato Joanni Baptistae dicatum Olisipone intra Templum Sancti Rochi. Nam quantum quantum est, lapidibus constat quaesitissimis & pretiosissimis vario colore, atque iis quidem medio deaurato aere sic inter se cohaerentibus, ut non minori impendio steterit partium nexus, quam materia, certetque de pretio lapidis cum auro.

Adde his a Joanne pariter condita, ad Olisiponem quidem in Suburbio Alcantarense amplam ac magnificam Domum Beatae Mariae Dei Genitricis de Necessitatibus Congregationis Oratorii; in Conimbricensi vero Dioecesi Monasterium Lourissaliense Franciscanarum Virginum Excalceatarum. Adde Thecas duas ingenti pondere ex solido auro & gemmis ab eodem dicatas exponendo Sacramento Corporis & Sanguinis Christi; unam quidem pro Basilica Patriarchali, alteram vero pro Templo Spiritus Sancti. Adde Aulaea holoferica auro intexta, sacrasque ex eodem vestes, in Templum Sancti Sepulcri Ierosolymitanum collata. Adde Apotheofes Beatorum Stanislai Koscae, Aloysii Gonzagae, Joannis Francisci Regii, Vincentii de Paulo, Camilli de Lellis, aliorumque regali pompa celebratas. Adde tandem Legationes duas extra ordinem Romam missas, pro suo in Apostolicam Sedem testando obsequio; unam sub Clemente XI. Oratore Ruderico Annio de Saba Marchioni Fontano; alteram sub Benedicto XIII. Oratore Andrea de Mello Castrio Comite Galveano: quarum amplitudine,  
maies-

gnífico animo d'ElRei para com Deos, e seus Santos, como a Capella de São João Baptista dentro da Igreja de São Roque. Porque toda quanta he, toda he composta de pedras finissimas, e exquisitissimas de diversas cores; e essas unidas entre si com tal arte, que não he de menos custo o atilho, do que a materia; e a pedra disputa ao ouro o valor.

Ajuntem-se a estas obras a ampla, e magnifica Casa da Congregação do Oratorio de Nossa Senhora das Necessidades no Suburbio de Alcantara; e no Bispado de Coimbra o Mosteiro de Lourical de Freiras Descalças Franciscanas. Ajuntem-se duas Custodias d'ouro, e pedras preciosas de grandissimo pezo, em que se expunha o Santissimo Sacramento, huma que elle deo para a Basilica Patriarcal, outra para a Igreja do Espirito Santo. Ajunte-se hum Ornamento inteiro de brocado para toda a Igreja do Santo Sepulchro de Jerusalem. Ajuntem-se as grossas despezas que fez em celebrar com Real grandeza as Canonizações dos Santos Luiz Gonzaga, Estanisláo Koska, João Francisco Regis, Vicente de Paulo, e Camillo de Lellis. Ajuntem-se finalmente duas magestosissimas Embaixadas a Roma, oom que elle quiz testemunhar á face de todo o Orbe os seus filiaes obsequios para com a Sé Apostolica: huma no Pontificado de Clemente XI. pelo Marquez de Fontes D. Rodrigo Eannes de Sá; outra no Pontificado de Benedicto XIII. pelo Conde das Galveas André de Mello e Castro: Embaixadas, que na pom-

Hh

pa,

maiestate, & splendore, veterum Triumphorum gloriam renovare visus fuit Princeps longe religiosissimus & magnificentissimus. Atque hinc merito conficiet, pietatis insignibus argumentis cunctos, qui ante se fuerant, Lusitaniae Reges longo intervallo superasse Joannem nostrum.

Tot ex capitibus de Catholica Ecclesia, de que Apostolica Sede optime meritum, Fidelissimi Regis Titulo in posteros transmittendo decoravit Benedictus XIV. Pontifex Maximus, undecimo Kalendas Maias, anno M. DCC. XLIX.

Neque vero quoniam ita impense, ut vidimus, divino amplificando cultui deditus erat Joannes, minus ille interea temporis Litteras curabat aut Rempublicam.

Anno M. DCC. XX. nobilem Academiam Joannes instituit, urbanis Sociis quinquaginta, praeter Provinciales multos constantem, cujus esset patriam Historiam utramque, & sacram & prophanam, Latinae ac Lusitanae componere. Et componendae quidem amplissimam veterum Monumentorum segetem ex publicis privatisque Tablinis & Bibliothecis collegerunt multi Sociorum: atque ex his visi profecto diligentissimi omnium Josephus Soarius a Silva, & Emmanuel Pereria Silva Lealius, & Franciscus Leitonius Ferreria, tresque non minus eruditione, quam sanguine germani fratres, Josephus Barbosa, Didacus Barbosa, & Ignatius Barbosa.



pa, grandeza, e luzimento com que se derão, parêcerão renovar em Roma a gloria dos seus antigos Triunfos. E de tudo isto debes concluir, que nas demonstrações de huma insigne piedade excedeo o nosso Rei D. João V., e excedeo a grande distancia, todos quantos lhe precedêrão no Throno.

A hum Rei por tantos principios em extremo benemerito de toda a Igreja Catholica, e da Santa Sé Apostolica, condecorou o Summo Pontifice Benedicto XIV. por hum Motu Proprio de 21. de Abril de 1749. com o Titulo de *Fidelissimo* para si, e seus Successores.

Nem porque ElRei como temos visto, era tão dado ao augmento do Culto Divino, curava elle entre tanto menos das Letras, ou da Republica.

No anno de 1720. instituiu ElRei huma nobre Academia, que constava de sincoenta Socios da Corte, a fora outros muitos Provinciaes: cujo fim era compôr se nas Linguas Latina, e Portugueza a Historia deste Reino, tanto Ecclesiastica, como Secular. E com effeito para ella se compôr ajuntarão alguns dos Socios grande cópia de materiaes, nas muitas Memorias antigas que recolhêrão das Bibliothecas, e Cartorios públicos, e particulares: distinguindo-se entre todes José Soares da Silva, Manoel Pereira da Silva Leal, Francisco Leitão Ferreira, e os tres não menos irmãos na erudição, do que no sangue, José Barboza, Diogo Barboza, e Ignacio Barboza.

*Pari Litterarum bono locupletissimas Bibliothecas quatuor comparavit: Palatinam, Congregationis Oratorii, Masfrensem, & Comimbricensis Academiae.*

*Anno M. DCC. XXIX. mense Januario, in ligneum Palatium Cayae fluvio pro tempore superstructum convenere duo Reges Joannes V. & Philippus V. cum conjugibus & liberis; praesentia & chirographo suo confirmaturi pactas jam ante per Oratores nuptias Mariae Barbarae Joannis filiae cum Ferdinando Principe Asturicensi; & Mariannae Victoriae filiae Philippi cum Josepho Principe Brasiliensi. Quod ea utrinque magnificentia & maiestate transactum est, ut ad hodiernam usque diem nihil tanto luxu aut splendore celebratum constet.*

*Anno M. DCC. XXXV. usurpato a Castellanis Monte Vidiano, subortaque de Limitibus Novae Coloniae controversia, parum abfuit, quin firmata tot amicitiae significationibus pax inter utrumque Regem penitus abrumperetur. Accessit ad infractionem Ultrajectensis Foederis violata Matriti contra Jus Gentium Domus Lusitani Oratoris Petri Alvarezii Capralii, cujus famulos intra ipsum Palatium comprehendi jusserat Castellae Praeses. Et bello quidem illatas injurias ulcisci jam parabat Rex Joannes: atque eo*

Com igual proveito das Letras estabelecco quatro Livrarias riquissimas : a do Paço , a da Congregação do Oratorio , a de Mafra , a da Universidade de Coimbra.

No anno de 1729. pelo mez de Janeiro , n'um Palacio de madeira feito para este aêlo sobre o Rio Caya , se avistárão hum com outro os dous Reis D. João V. , e Philippe V. com as suas Reaes Familias : a fim de firmarem com a sua presença , e Real punho os Casamentos , que já por seus Embaixadores se achavão ajustados , da Infanta de Portugal D. Maria Barbara com o Principe das Asturias D. Fernando ; e da Infanta de Castella D. Marianna Victoria com o Principe do Brasil D. José. O que de parte a parte se fez com tal magnificencia , e magestade , que até o dia de hoje não consta , que fosse celebrada semelhante Função com tanto luxo , ou esplendor.

No anno de 1735. pela usurpação que Castella nos tinha feito de Monte Vidio , e pela disputa que se nos levantava sobre os Limites da Nova Colonia ; esteve o negocio em termos , que pouco faltou , que se não rompesse entre os dous Reis huma paz , que tinha sido confirmada por tantas demonstrações d'amizade. A esta infracção do Tratado d'Utrech se ajuntou , violar-se em Madrid contra o Direito das Gentes a Casa do nosso Embaixador , Pedralves Cabral , a quem o Presidente de Castella tinha mandado prender os criados dentro do mesmo Palacio. E para se desaffrontar desta injúrias com a guerra , tinha já ElRei Dom  
João.

sine exercitum quadraginta millium intra menses tres collectum, per diversa Transtaganae Regionis oppida distribui iusserat, Praefecto ejus Joanne Emmanuele de Noronia tunc Comite Atalayensi, postea etiam Tancensi Marchione. Sed interim Anglorum interven-  
tu sedata discoràia, siluerunt arma.

Quid jam dicam de Legibus a sapientissimo Rege promulgatis? Quid de ejus Operibus publicis? Quid de Fabrilibus Officinis ab eo conditis? Ut de singulis generibus praecipua capita adtingamus, Joannis Lex est, de non Transeundo in Brasiliam sine liberi commeatus Litteris. Joannis Lex est, de non Negotiando in Praefectura. Joannis Lex est, De non Portandis cultellis aut sicis. Joannis Lex est, De non Gestando auro & argento in vestibus.

Ipse in Leiriense Pinetum novam quandam & prorsus admirandam praecidendi ferra ligni invexit Machinam. Ipse Tagum amnem infra Scalabim nimis angustum & tortuosum, subversis ripis effossisque scopulis exspatiari fecit, & recto cursu desluere. Ipse sumptuosum Aquaeductum modo humi depressum, modo arcibus elevatum, per octo miliaria a Bellis ad Olisponem produxit. Ipse Armamentaria duo extruxit amplissima atque locupletissima, unum Olisponne, alterum Stremotii. Ipse Thermas Reginae novo Valetudinario, novisque balneis auxit.

Denique Joanni debemus Serica, debemus Vitrea, debemus Coria Turcica, debemus Chartam, debemus Domum cudendae monetae, debemus aureos &

João mandado ajuntar hum exercito de quarenta mil homens , que fez ir-se acantonar por diversas Praças da Provincia de Alemtéjo , nomeado para General delle D. João Manoel de Noronha , Conde d'Atalaia , e depois tambem Marquez de Tancos. Mas mettendo entre tanto os Inglezes a mão nesta differença , se negoceou a paz , e cessou o estrom'o das armas.

Que direi já das Leis que este sapientissimo Rei promulgou? Que direi das Obras públicas que fez? Que direi das Fábricas que instituiu? Para em cada genero destes individuarmos o que ha de mais principal , sua he a Lei , que prohibe passar alguém ao Brasil sem Passaporte. Sua a Lei , que os Governadores não negoceem. Sua a Lei , que se não tragão facas nem adagas. Sua a Lei , que prohibe galões d'ouro , e prata nos vestidos.

Elle foi o que no Pinhal de Leiria poz o admiravel Engenho de ferrar a madeira. Elle o que de Santarem para baixo alargou , e endireitou o Téjo. Elle o que por hum soberbo Aqueducto trouxe de Bellas a Lisboa as Aguas Livres. Elle o que fez as duas grandes , e ricas Casas d'Armas de Lisboa , e Estremoz. Elle o que augmentou as Caldas da Rainha com mais huma Enfermaria pública , e mais dous banhos.

Finalmente a este grande Rei he que nós devemos a Fábrica da Seda , a dos Vidros , a dos Marroquins , a do Papel. A elle devemos a Casa da Moeda ; e diversos dinheiros d'ouro , e prata de diverso valor. A elle devemos outras muitas

*argenteos Nummos diversi ponderis, debemus multa alia humanis usibus vel necessaria vel utilia, quibus antea carebamus.*

*Anno M. DCC. XLII. mense Maio, gravi morbo correptus ita nervis debilitatus est Joannes, ut quod reliquum vitae fuit, non amplius potuerit crucibus subsistere. Itaque octo annos leſica uti compulsus est, donec pridie Kalendas Augusti anno M. DCC. L. animam efflavit in Palatio Olisiponensi.*

*Vixit annos LXI. regnavit XLIV. sepultusque est apud Divum Vincentium.*

*Procreavit extra matrimonium filios tres: ex quibus Gaspar ab anno M. DCC. LVIII. Bracarensem Ecclesiam laudatissime regit: Antonius & Josephus Olisipone regio cultu habiti, privatam vitam degunt in Palatio Palcavano.*

*Creavit Joannes novos Comites Sancium de Faro Viniciensem; Tristanum a Cunia Atabidium Povolidentem; Joannem Didacum Atabidium Albanum; Vasum Fernandium Caesarem Menesium Sabugosannum; Petrum Mascareniam Sandomilensem. Creavit novos Marchiones Petrum Antonium de Noronia Anjegiensem; Franciscum Portugallium Valentinum, Petrum de Almedia Alornanum. Creavit novos Duces Alafonienses Aloysiam Casimiram de Sofa, ejusque filium Petrum Henricum Brigantinum de Sofa.*

*Denique Joannis institutum est, quod nunc Sacra*

cousas, ou necessarias, ou utéis para a vida humana, que antes d'elle não tínhamos.

No anno de 1742. pelo mez de Maio, foi Sua Magestade atacado d'hum accidente de paralyfia tão forte, que perdido todo o vigor dos nervos, não poude mais em quanto viveo, sustentarse nas pernas. Pelo que oito annos foi obrigado a andar em cadeirinha: até que no dia 31. de Julho do anno de 1750. deo a alma a Deos no seu Paço de Lisboa.

Viveo sessenta e hum annos, e reinou quarenta e quatro. Foi sepultado em São Vicente.

Teve fora de matrimonio tres filhos: dos quaes o Senhor D. Gaspar des do anno de 1758. rege exemplarissimamente a Igreja de Braga, feito Arcebispo Primáz: os Senhores D. Antonio, e D. José vivem em Lisboa no Palacio de Palhavã sem emprego, tratados com a grandeza, e decencia devida aos seus Reaes nascimentos.


Creou ElRei D. João sinco Condes de novo. A D. Sancho de Faro, do Vimieiro; a Tristão da Cunha d'Ataide, de Pavolide; a D. João Diogo de Ataide, d'Alva; a Vasco Fernandes Cesar de Menezes, de Sabugosa; a Pedro Mascarenhas, de Sandomil. Creou de novo tres Marquezes: a Dom Pedro de Noronha, de Angeja; a D. Francisco de Portugal, de Valença; a D. Pedro de Almeida, d'Alorna. Creou de novo Duques de Alafões, a D. Luiza Casimira de Sousa, e a seu filho Dom Pedro Henrique de Bragança.

Por fim o mesmo Rei D. João foi quem inf.

*cra Scrinia tres administrant. Nam antea unus tantum erat a Sanctioribus Arcanis. Primi autem creati sunt Sacrorum Scriniorum Magistri pro Domesticis Negotiis Petrus a Mota Silvius; pro Exteris & Bellicis Marcus Antonius Azevedus Cotignius; pro Transmarinis Antonius Guedius Pereria.*



tituio haver tres Secretarios de Estado , quando atélli só havia hum. E foi o primeiro dos Negocios do Reino Pedro da Mota e Silva ; dos Negocios Estrangeiros , e da Guerra , Marco Antonio de Azevedo Coutinho ; da Marinha , Antonio Guedes Pereira.



# JOSEPHUS I.

**J**osephus patri in imperio successit pridie Kalendas Augusti anno M. DCC. L. Rex autem inauguratus est Sexto Idus Septembris eodem anno. Huic quum multa adversa & calamitosa evenissent, adeo his Josephus fraëlus non est, ut e contrario malis ipsis in sui gloriam & Reipublicae utilitatem sapienter usus, famam sibi & fortissimi Principis & optimi Rectoris ingentem praeclaramque compararit. Nemo etenim aut plura vicit difficillima, aut plura instituit utilissima: idque praecipuum ejus Consiliarium atque Administrum agente Sebastiano Josepho Carvallio de Mello, Comite primum Oberiensi, deinde Marchione Pombaliensi, vastissimi animi & incomparabilis vigoris homine.

Anno M. DCC. LI. quum pro causis Americanorum visa fuisset non sufficere una Babiensis Curia Rerum Capitalium & Civilium, novam alteram apud Fluvium Januarium esse jussit Josephus. Postea in Lusitania diversis temporibus & insignia oppida aliquot civitate donavit, & pagos nonnullos insigniores

op-



## D. J O S É I.

**E**LRei D. José I. succedeo no Reino a seu pai em 31. de Julho de 1750. , e foi acclamado a 8. de Setembro do mesmo anno. Sendo muitas as adversidades, e calamidades que em seu tempo experimentou, tanto se não desanimou com ellas, que antes pelo contrario fez que os mesmos males cedessẽem em gloria sua, e utilidade da República; com o que grangeou para si a fama de Principe valerosissimo, e de optimo Rei. Porque ninguem venceo mais cousas de maior difficuldade, ninguem estabeleceo mais cousas da maior utilidade: e isto tendo por principal Ministro seu a Sebastião José de Carvalho e Mello, a quem no anno de 1759. creou Conde de Oeiras, e depois no anno de 1770. Marquez de Pombal homem de vassissimas idéas, e d'hum vigor incomparavel.

No anno de 1751. tendo mostrado a experiencia, que para expedição das Causas de toda a America não bastava só a Relação da Bahia, creou ElRei outra de novo no Rio de Janeiro. Depois em diversos tempos dentro do Reino fez Cidades algumas Villas insignes, e fez Villas al-

gu-

oppidano jure. Primi generis sunt Pennafidelis ; Averium , Castrum Album , Pinbelum : alterius vero Lacuna , Moncicbium , Sancta Martha Tavirensis Tractus , ubi & novum oppidum Villam Regalem Sancti Antonii ab Arenula condi a fundamentis jussit. Municipiis etiam plurimis , quae antea Pedariis regebantur , Peregrinos Judices dedit : nempe Alcotimo , Aroucae , Barcae , Moutae , Cascaliis , Penichio , Sabugalio , Sarzedis , Terenae , aliisque. Alcobatiam denique Conventum fecit Juridicum.

Anno M. DCC. LV. immano terraemotu prostrata Olisipone , subsecutoque incendio devorata , occasionem inde sumpsit Regiae Urbis & in elegantiore formam reducendae , & pulcherrimis magnificisque aedificiis exornandae. Quod quae ratione factum fuerit , commodius alibi exponemus.

Anno M. DCC. LIX. homines a Societate Jesu nuncupatos , ratus sibi esse infidos , & Reipublicae exitiales , de tota Lusitania universisque ejus Coloniis ejecit. Bona eorum omnia Fisco addixit. Primusque omnium Regum fuit , qui apud Summum Pontificem Clementem XIII. enixissime egit de ipsorum Jesuitarum Ordine penitus abolendo. Quod quarto decimo post anno , accedentibus trium aliorum Regum efflagitationibus , tandem a Clemente XIV. in executionem missum vidit , & miratus est Christianus Orbis universus.

Et quod ad Domus pertinet Jesuitis vacuatas ,  
en

gumas Aldeias, que o merecião ser. Da classe das primeiras forão Penafiel, Aveiro, Castello Branco, Pinhel. Da classe das segundas Lagoa, Monchique, e Santa Martha no districto de Tavira, onde tambem fez edificar de novo Villa Real de Santo Antonio da Arenilha. Outrossi poz Juizes de Fóra em muitas Terras, que atélli erão governadas por Juizes Ordinarios: como em Alcoutim, Arouca, Barca, Mouta, Cascaes, Peniche, Sabugal, Sarzedas, Terena, e n'outras. Finalmente creou Alcobaca Cabeça de Correição.

No anno de 1755. prostrada Lisboa por hum terremoto dos mais formidaveis, e devorada pelo incendio que immediatamente se seguiu; tomou ElRei daqui occasião para dar a esta Corte mais elegante fórma, e para a ennobrecer de vistosos, e magníficos edificios. O que adiante se exporá mais commodamente como foi feito.

No anno de 1759. havendo que os Padres da Companhia denominada de Jesus, lhe erão a elle infieis, e ao público nocivos, todos lançou fóra de Portugal, e seus dominios. Confiscou-lhes todos os seus Bens. E foi o primeiro de todos os Reis, que instantissimamente supplicou ao Papa Clemente XIII. que abolisse a Ordem dos mesmos Jesuitas. O que dahi a quatorze annos, (como no mesmo empenho se uniffem com ElRei de Portugal os de França, Castella, e Napoles,) vio todo o Orbe Christão não sem affombro executado pelo Papa Clemente XIV. em 1773.

E pelo que toca ás Casas despejadas dos Jesui-

en quibus usibus insigniores deputarit Josephus. Olisiponense Collegium Sancti Antonii Magni converti iussit in publicum Valetudinarium Beato Josepho dictum. Professam Domum Sancti Rochi in Collegium Puellarum Orphanarum. Tirocinium Cotoviense in Collegium Nobilium Adolescentum. Tirocinium alterum Arroyense in Monasterium Sacrarum Virginum a Conceptione.

Regale Artium Collegium Conimbricense Academiae ejusdem urbis adnexuit; jussitque in illius Templum Pontificalem Sedem transferri.

Eborense Collegium Spiritus Sancti adtribuit Sodalibus Tertii Ordinis Sancti Francisci. Atque in hunc modum alia aliis.

Bona vero ipsorum Jesuitarum partim in Regiam Curiam Censoriam, partim in Collegium Nobilium Adolescentum, partim in Academiam Conimbricensem, partim in alios pios usus distribuit.

Anno M. DCC. LXII. bello provocatus a duobus foederatis inter se Regibus, Ludovico Galliae, & Carolo Hispaniae, Comitem Lippensem e Westphalia arcessitum Lusitano exercitu praefecit. Intra annum autem finito bello, (& quidem maiori hostium damno, quam nostro,) sub ductu & magisterio ejusdem Lippensis Comitis cohortium & turmarum aucto numero, fixum stabilemque ad incerta belli exercitum constituit triginta millium: Rem Tormentariam & Rem Navalem instauravit: Olisiponem validiori peditem equitumque praesidio communivit: Elvas novo  
Pro-

fuitas , eis-aqui o destino que ElRei fez das mais notaveis. Em Lisboa o Collegio de Santo Antão converteo-o em Hospital público debaixo da vocação de São José. A Casa Professa de São Roque em Recolhimento das Donzellas Orfãs. O Noviciado da Cotovia em Collegio de Nobres. O outro Noviciado d'Arroyos em Mosteiro das Freiras da Conceição.

Em Coimbra o Real Collegio das Artes annexou-o á Universidade , e mandou mudar para o feu Templo a Sé Episcopal.

Em Evora o Collegio do Espirito Santo deo-o aos Padres da Terceira Regra de S. Francisco. E por semelhante modo dispoz dos outros.

Os Bens dos mesmos Jesuitas , parte applicou ElRei á Meza Censoria , parte ao Collegio de Nobres , parte á Universidade de Coimbra , parte a outros pios usos.

No anno de 1762. tendo-lhe os dous Reis alliados Luiz XV. de França , e D. Carlos III. de Hespanha , declarado guerra ; mandou vir da Wesfalia o Conde de Lippe , e o fez Generalissimo das Trópas Portuguezas. Acabada a guerra dentro de hum anno , ( e na verdade com maior perda dos inimigos , do que nossa ) debaixo da direcção do mesmo Conde de Lippe augmentou o número dos Regimentos , tanto de Infantaria , como de Cavallaria : formou hum exercito fixo , e permanente para os incertos casos da guerra de trinta mil homens : reformou a Artilheria , e restaurou a Marinha : guarneceo Lisboa de maior cópia de soldadesca de pé , e de cavallo ; fortificou de novo

*Propugnaculo firmavit : severiorem ubique disciplinam induxit.*

*Anno M. DCC. LXVIII. novam Curiam a Censura dictam creavit , penes quam jus & auctoritas in totam Rem Librariam resideret , ne exceptis quidem Pastoralibus Mandatis Episcoporum nostrorum. Eidem Curiae subesse voluit Regios Professores , qui expulsis Jesuitis suffecti erant pro tradendis Grammatica , Rhetorica , & Philosophia supra octingentos. Pro quibus Professoribus alendis novum quoque tributum Litterarii Subsidiij nomine vinis & carnibus imposuit.*

*Anno M. DCC. LXX. de consensu & auctoritate Maximi Pontificis Clementis XIV. novis Sedi- bus Episcopalibus sex Lusitaniam ornavit : Pemasidensi , Brigantina , Averiensi , Pinbelensi , Castralbana , & Pacensi. His septimam aliam addere constituerat Villanovanam apud Algarbios. Sed morte praeventus erigere non potuit.*

*Anno M. DCC. LXXII. Conimbricensem Academiam novis editis Statutis reformavit. Quae Statuta eo spectant potissimum , ut meliori ibi & ratione & gustu maiores minoresque Disciplinae tradantur. Eorum autem componendorum praecipua laus debetur Joanni Pereriae Ramoso , tunc temporis quidem Regio Procuratori , nunc vero etiam Senatori Curiae Palatinae.*



Elvas : poz toda a Trópa em melhor disciplina.

No anno de 1768. creou de novo a Real Meza Censoria, na qual depositou toda a sua authoridade no tocante á impressão, e introducção de todos, e quaesquer Livros, e Papéis, sem excepção nem ainda das Pastoraes dos nossos Bispos.

Sujeitou á mesma Meza os Professores Régios, que em lugar dos Jesuitas expulsos forão instituidos para o ensino da Grammatica, Rhetorica, e Filosofia Racional. Para sustento dos mesmos Professores, impoz com o nome de *Subsidio Litterario* hum tributo sobre os vinhos, e carnes.

No anno de 1770. com consentimento, e authoridade do Summo Pontifice Clemente XIV. condecorou a Portugal com a crecção de seis Bispos novos : Penafiel, Bragança, Aveiro, Pinhel, Castello Branco, Béja. A estes determinava ElRei ajuntar mais hum, que era o de Villa Nova de Portimão. Porém a morte o prevenio, para não poder executar o seu intento.

No anno de 1772. reformou a Universidade de Coimbra, publicando para isso novos Estatutos. Os quaes Estatutos vão principalmente encaminhados, a se ensinarem nella com melhor methodo, e com melhor gosto, tanto as Disciplinas maiores, como as menores. E quem na sua coordinação merece os principaes gabos, he o Doutor João Pereira Ramos, que então era Procurador da Coroa, e hoje de mais a mais Dezembargador do Paço.

*Leges nemo superiorum Regum aut plures tulit aut salubriores, quam Josephus. In his laudatissimae habentur sequentes. Una De abolendo invidioso Capitationis Tributo, quod Brasiliensibus auri & adamantium Fossoribus erat impositum. Altera De moderandis Sumptibus Sponsaliorum & Nuptiarum. Tertia De Indigenis Americanis in civilem vitam reducendis, atque in libertatem vindicandis. Quarta De Honorariis Magistratum & Curiarum Ministrorum pignori non subdendis. Quinta De abolenda Judaici Nominis Infamia. Sexta De Publico Deposito constituendo. Septima De non vendenda Re Frumentaria, nisi uno in publico Horreo.*

*Jam pro fovendo amplificandoque Commercio; tam interno, quam externo, quot & quanta fecit Josephus? Primum omnium Olisipone Coetum instituit hominum expertissimorum & honestissimorum, qui Rei Negotiali strenue invigilaret. Huic Coetui novam Commertii Scholam subjecit. Deinde Negotiales Societates creavit quatuor: Portucalensem pro Vinis Superioris Durii; Parabensem, & Pernambucanam pro Mercibus Brasiliensibus; Piscariam pro Regno Algarbico. Angolanum quoque Commertium Regionum Praefectorum sive incuria, sive avaritia pene labefactatum, feliciter restituit. Denique toto fere Regno nobiles Texturas condidit Sericorum, Laneorum, Byssinorum, Leporinorumque Galerorum: Olisipone vero*

*etiam*

Leis nenhum dos Reis passados publicou tantas , nem tão faudaveis , como ElRei D. José. Entrellas são sobre todas muito louvadas as seguintes. Huma que manda abolir o odioso tributo da *Capitação* , que gravava incomportavelmente os Mineiros do ouro , e dos diamantes na America. Outra que modera os gastos que se fazião nos Esponfaes , e Casamentos. Terceira sobre a civilização , e liberdade dos Indios do Brasil. Quarta que isenta de se poderem pinhorar os ordenados dos Ministros , e Officiaes de Justiça , e Fazenda. Quinta sobre dever-se extinguir a distincção de Christãos velhos , e Christãos novos. Sexta que institue hum Depósito Público. Setima que manda , que todo o trigo se venda só no Terreiro.

Já a favor do Commercio assim interno , como externo , quantas , e quão grandes forão as providencias , que ElRei D. José poz da sua parte? Primeiramente instituiu em Lisboa huma Junta de Commercio , composta dos mais intelligentes , e dos mais honrados Negociantes. Sobmetteo á inspecção della huma Aula , em que o mesmo Commercio fosse ensinado por Principios. Depois creou quatro companhias de Negocio : a dos Vinhos do Alto Douro , a do Pará , e Maranhão , a de Pernambuco , a do Pescado do Algarve. Restituiu tambem o Commercio d'Angola , que se achava quasi perdido por incuria , ou por avareza dos Governadores. Finalmente por quasi todo o Reino fundou excellentes Fábricas de Sedas , de Lanificios , de Pannos brancos , de Chapéos finos : e em  
Lis-

*etiam Officinam Typographicam , Officinam Aleatoriam , Figlinamque non poenitentiam.*

*Pari vigilantia publicam Annonam , Agriculturamque curavit.*

*Quin & Americanis Aurifodinis salutarem operantulit.*

*Primus Regiam Gazam omnem in unum Ærarium inferri iussit : quod fieri coeptum est anno M. DCC. LXI.*

*Tot maximorum atque utilissimorum operum illustrem quendam epilogum vel summam jure dixeris instaurationem eversee terrae motibus & incendiis Olfisiponis. Quae urbs quum antea tam esset ampla quam angusta & informis , eademque certis in locis difficillima adscensu ; illam Josephus tandem ita latissimis plateis ampliavit , ita crebris Foris distinxit , ita alibi egesta humo , alibi aggesta quodammodo coaequavit ; ut magna jam facilitate curribus tota fere adiri atque obiri possit , tam superior , quam inferior. Ubique autem privata aedificia cum publicis decertant vastitate ac nitore. Publicorum vero ea maxime nitent , quae Palatinum seu Negotiale Forum circumdant supra Tagum , magnificis arcibus hinc inde superstructa. Hic vastum Armamentarium & Navale : hic Regiae Curiae : hic Domus Publica exigendis Portoriiis destinata : hic Senatus urbis : hic Publicum Depositum : hic Regium Ærarium. Quid dicam de*

Lisboa além disso huma Officina Typografica, huma Fábrica de Cartas, e huma Oleria que nos he muito util.

Com igual vigilancia cuidou em que não houvesse mingoa dos provimentos de que necessita a vida humana, e em que as Terras se cultivassem.

Tambem se póde dizer, que deo vida ás Minas do Brasil.

Foi o primeiro que mandou depositar no Real Erario, que para isso instituiu, todas as Rendas, ou dinheiros da Coroa: o que se começou a executar no anno de 1761.

De todas estas tão grandes, e tão interessantes obras, se póde dizer justamente, que foi hum illustre epilogo a restauração de Lisboa. Cidade que sendo antes tão extensa, como apertada, e informe, e em certos lugares por extremo ingreme de subir; ElRei D. José assim a alargou em ruas, assim a separou com praças, assim a aplainou quanto era possível com os rebaixos: que já com grande facilidade se póde andar por quasi toda ella em carruagem. Em toda a parte porém contendem os edificios particulares com os públicos na vastidão, e no lustre. Entre os públicos a todos sobrefaiem aquelles, que cercão o Terreiro do Paço, ou Praça do Commercio, sustentados de huma, e outra banda sobre arcos magníficos, e eminentes ao Téjo. Aqui he que está o Arsenal, e o Estaleiro: aqui os Tribunaes Régios: aqui a Alfandega: aqui o Senado da Camara: aqui o Depósito Público: aqui o Real Erario. Que di-  
rei

*pulcherrimis Fontibus tota fere urbe manantibus ? Quid de nobilibus Crepidinibus ? Quid de publica Deambulatione ? Quid de sumptuosis Arcubus & Pontibus marmoreis ? Quid de Viis militaribus toto Olisiponensi tractu non minori arte, quam impensa munitis ? Quid de aliis publicis operibus quae passim offendas & quae pro sua dignitate admirationem omnibus moveant ?*

*Causa haec profecto fuit, quam ob rem Magnanimo Restitutori suo Josepho Equestrem Statuam ex aere Colosseam mirabili opere, in Foro Palatino dedicavit Olisipo post Fata Resurgens. Quod factum a se anno M. DCC. LXXV. postridie Nonas Junias, Natali Regis die, & eleganti Inscriptione Statuae ipsi subiecta, & cussis aureis atque argenteis Numismatibus plurimis, memoriae proditum voluit ipsa Civitas.*

*Tantae Molis una fusura conflatae Lusitanus Artifex aeternum celebrabitur Bartholomaeus Costius.*

*Non diu tantae gloriae supervixit Josephus. Neque id sane mirum. Tot enim maximis ac difficilissimis laboribus egregie perfuncto quid aliud restabat, quam coelo inferi dignam coelo animam ?*

*Anno M. DCC. LXXVII. diuturno confectus morbo vitam cum morte commutavit sexto Kalendas Mar.*

rei dos bellos Chafarizes d'agoa, que a cada passo estão correndo. Que direi dos excellentes Cais? Que direi do Passeio Público? Que direi dos sumptuosos Arcos, e Pontes? Que direi das Estradas Reaes abertas por todo o termo de Lisboa com tanta arte, como despeza? Que direi de muitas outras obras a todos patentes, que pela sua dignidade são para todos outros tantos objectos de admiração?

Estes serão os motivos, que obrigarão a Lisboa a levantar no Terreiro do Paço ao seu Magnanimo Restaurador ElRei D. José I. huma Estatua Equestre Colossal feita de bronze, e inteiriça; e testemunhar á posteridade tanto na elegantissima Inscripção que poz por baixo da mesma Estatua, como nas Medalhas d'ouro, e prata que a este assumpto cunhou, que ella lhe tributára este entre nós defusado obsequio no dia dos seus Annos, 6. de Junho de 1775.

Destá tão grande Máquina fundida toda de huma só acção, foi o Artifice o nosso Portuguez Bartholomeu da Costa, cujo nome será por isso tão duradouro, como o mesmo Bronze.

Não sobreviveo muito a tamanha gloria ElRei D. José. Q que não deve causar admiração nenhuma. Porque depois de ter levado ao cabo com tanto valor tantas, e tão difficeis emprezas, que outra cousa lhe restava, senão que huma alma digna do Ceo fosse para elle trasladada?

No anno de 1777. consumido de huma dilatada, e penosa enfermidade, passou ElRei a

*Martias, anno aetatis LXIII. Regni XXVII. Et post triduum apud Divum Vincentium sepultus fuit.*

*Uxorem habuit sibi carissimam ac dilectissimam Mariannam Victoriam, Philippi Quinti Hispaniarum Regis & Isabellae Farnesiae Reginae filiam, ex qua filias omnino quatuor procreavit: Mariam Franciscam, Mariannam Josepham, Mariam Dorotheam, & Mariam Benedictam. Ex his Maria Franciscana tu maxima, ut patris futura Heres anno M. DCC. LX. Petro patruo nupsit: atque ex hac conjunctione nati sunt Josephus, & Joannes, & Marianna. Maria vero Benedicta natu minima anno M. DCC. LXXVII. triduo antequam mortuus esset pater, uxor data est ipsi Josepho tunc Beriae, nunc Brasiliae Principi.*

*Novos Vicecomites Josephus creavit duos: Mesquitellensem, & Villanovanum a Castaneto Regio. Novos Comites decem: Resendianum, Bobadellensem, Lumiarisensem, Eganum, Cuniunum, Sancti Pelagii, Oberisensem, Azambujanum, Losanensem, Redinensem. Vicecomitem vero Assecanum honore Comitibus aequavit. Novos Marchiones quinque: Tancensem, Lavradiensem, Alvitensem, Pombaliensem, Castelmeliorensem.*



melhor vida no dia 24. de Fevereiro , em idade de sessenta e tres annos , dos quaes reinou vinte e sete. E ao terceiro dia da sua morte foi sepultado em São Vicente.

Teve por Esposa que elle muito amou , e prezou , a Rainha D. Mariana Victoria , filha de D. Philippe V. Rei d' Hespanha , e da Rainha Dona Isabel Farnesi , da qual não houve senão quatro filhas : a Princeza D. Maria Francisca , a Infanta D. Marianna Josefa , a Infanta D. Maria Dorothea , a Infanta D. Maria Benedicta. Destas a Princeza D. Maria Francisca , como futura Successora d' El-Rei seu pai , casou no anno de 1760. com o Infante D. Pedro seu tio : e desta união nascêrão o Principe D. José , o Infante D. João , e a Infanta D. Marianna. A Infanta D. Maria Benedicta no anno de 1777. tres dias antes de morrer El-Rei seu pai , recebeu-se com o Principe então da Beira , agora do Brasil , D. José seu sobrinho.

Creou El-Rei D. José dous Viscondes novos : o de Mesquitella , e o de Villa Nova do Souto d' El-Rei. Creou dez novos Condes : o de Resende , o de Bobadella , o de Lumiares , o da Ega , o da Cunha , o de Sampaio , o de Oeiras , o da Azambuja , o da Louzã , o da Redinha. Ao Visconde d' Affeca deo as Honras de Conde. Creou finalmente cinco novos Marquezes : o de Lavradio , o de Tancos , o d' Alvito , o de Castello Melhor , o de Pombal.



M A R I A I.  
E T  
P E T R U S III.

**P**ost annos fere sexcentos & quadraginta ab in-  
veſto in Luſitaniam Regio nomine, Principibus  
interea temporis viginti quinque apud nos re-  
rum potitis, prima foeminarum Maria fuit, cui  
maximo Reipublicae bono Luſitanum Sceptrum obve-  
nerit: primaque Luſitanarum Reginarum, quae con-  
jugem Regem fecerit. Eâdem quippe Lamecenſi Lege  
primaeva, qua ſucceſſore deſiciente virilis ſexus ad  
maximam filiarum delabitur Regni Adminiſtratio;  
marito quoque illius, ſi Luſitanus & ipſe Princeps  
